


4729. III. CH.

J. 1. A.














AB ILLO DEPENDENTER.

Mauritj Lang Sculp.







PLACITA PHILOSOPHICA,  
DE  
ENTE LOGICE  
COGNOSCIBILI,  
QVÆ  
SVB AVSPICIIS  
SERENISSIMI

CAROLI JOSEPHI  
ARCHIDUCIS AUSTRIÆ  
MAGNORUM CÆSARUM  
FRATRIS, FILII  
NEPOTIS.

*Publicæ Disputationis*  
*Proposuit*

GEORGIUS SIGE-  
FRIDUS, S. R. I. COMES  
à DIETRICHSTAIN.

PRÆSIDE

R. P. IOANNE BAPTISTA  
CRUXILLA SOC. IESV, AA. LL.

et Phil. Doctore, ejusdemq[ue]  
Professore Ordinario,

SVPERIORVM PERMISSV.

---

GRÆCII, Typis Francisci  
Widmanstadij. 1661.



THE UNIVERSITY OF

THE STATE OF

MISSISSIPPI

IN SENATE

January 15, 1882

REPORT

OF THE

COMMISSIONERS

OF THE

LANDS

AND

WATER

RESOURCES

OF THE

STATE

FOR

THE YEAR

1881-82

AND

FOR

THE YEAR

1882-83





SERENISSIME  
ARCHIDUX.



*pportunè fa-  
Etum arbi-  
tror, ut mole-  
stiori Logicae Spineto e-  
volutus propitiam Se-  
renitatis Vestrae ob-  
sequiosus exoscularer  
dexteram, quam flori-  
da benignioris Caeli opu-  
lencia Caelo dilectam,  
Austriae amabilem, Or-  
bi meliori optatissimam*



esse voluit. Voluptas vi-  
deri posset in Labyrin-  
thum incidisse, ut tam  
Amabili Duce inde  
expediret. In delicias  
transformavit melior  
Fortuna veprium vul-  
nera, quæ tam benevoli  
Favoris auspicio sospi-  
tarentur; Et tot vesti-  
gijs sectæ Semitæ pretio-  
sos reddidère errores, u-  
bì ad terminandam spi-  
nose incertitudinis orbi-  
tam, Sidera Serenita-  
tem Vestram volue-  
runt esse Ariadnam.

Ef-



Effloruerunt in rosa-  
rum purpuram fune-  
stiores aculei; & quam-  
vis proxima spina ro-  
sis, delictiosi Muricis  
Splendorem severiori  
fronte castigatura, in  
rigorem sese obarmet;  
suo tamen non caruere  
paliuri pretio, quae si  
pungant vulnere, un-  
guent sanguine; si cruo-  
re offundant, pingunt  
murice; neq̄ tam pro-  
sint seviendo, quam ob-  
fuerint fodiendo. Neq̄  
tamen proscrip̄ta hu-



manicatis lege, vel antiquato obsequij jure Serenitati Vestrae injurius videri poterō, quod è primo Philosophiae meae vestibulo Amabili Principi nihil nisi aculcos detulerim. Ingressus eram in Scagyrae florulentiae Tempe, quae ingeniosior Sapientiae Dædalus, non ad illudenda plantarum vestigia, mille viarum distinxerat fraudibus; sed ad inserendas ingeniorum alas, a-



cuendasque sublimioris  
Palladis pennas arcano  
ad erudite glorie Au-  
gustale gradu contexu-  
it eximium, ut secun-  
diori affulgentis Syde-  
ris radio ambiguitatis  
caliginem felix abster-  
gerem, ubi me in Se-  
renissimo Gratia-  
rum Austriacarum  
meridie apricari cogno-  
scerem. Fortunatus per  
spinarum examina Via-  
tor felici pede, Hippo-  
mene felicior, ingenio-  
sum dumetum percur-



ri, sed cui neq̄ aureus il-  
luserit autumnus, neq̄  
plantarum pernitas  
procuravit Hymenæ-  
um; sed quem vel è  
longinquis Austria deli-  
cijs Serenissimus Be-  
nevolentia Affla-  
tus ad medium ferè  
Scagyraei stadij æquor  
promoverit, vel Genti-  
licia Alaudarum ala  
ad optatissimum inge-  
niosæ palmæ terminum  
animarint. Fuit &  
sua paliuris felicitas,  
& vepribus honor, &  
Spi-



*Spinoso Labyrintho Se-  
renissimus Ariadnae  
digitus : quiescet inno-  
cente mucrone ad Se-  
renitatis Vestrae pe-  
des rosarum satelles ;  
castigabit vulneris aci-  
em coram Amabili  
Vultu cruentus du-  
mus ; & sub Austria-  
ci Principis auspi-  
cijs in Elysium trans-  
migrabit Labyrinthus ,  
cui pro fortunato Sy-  
dere Serenitatis ocu-  
lus , pro amabili Orio-  
ne Gratiarum Sinus ,*



pro inoffenso Vere ex-  
plicata ad amœnitatem  
Benevolentia. Solo jam  
nomine Labyrinthus  
damnabit errores, lu-  
sus deponet, incertitu-  
dinem ignorabit. Se-  
curo procedet vestigio,  
quisquis ad Serenita-  
tis Vestræ amœnissi-  
mum Astrum Gloriæ  
iter arripuerit: sine pe-  
riculis, aut suspicione,  
aut metu ad optatam  
Honoris palmam assur-  
get, quem Benevolen-  
tiæ



tia Austriacæ fulgor  
afflaverit. Quare non  
est, quod dumosis hucûsq;  
impeditus amplexibus  
aut arenam decrectem,  
aut viarum incertus du-  
bio defigar vestigio; qua-  
si verò in florem evire-  
scere non possent vulne-  
ra, aut sua non viveret  
Dædaleo errori Ariad-  
na, aut sua non tende-  
retur Spinoso Viatori  
Propitia Manus. Sere-  
nissimi Syderis ful-  
gor per inextricabiles a-  
lio-



loquū veprium moras  
sospicabit gradum: A-  
mabile Benevolen-  
tiæ Astrum suo cir-  
cumdabit spinas rosa-  
rum vellere; gratiosif-  
simus Austriaci Prin-  
cipis aspectus propi-  
tio vultu dubitantem  
ad fortunatissimum flo-  
rem deducet Philosophi-  
am. Exultabundus igi-  
tur in vepre florē, in La-  
byrintho coronam col-  
ligo; sed florem quem  
venerabundā ad geni-



culatione Serenitatis  
Vestrae Gratijs inse-  
ram; sed coronam, quam  
obsequiosa manu A-  
mabilissimo Prin-  
cipi advoluam. Flore-  
scent in rosas spine, in  
florem aculei, quamdiu,  
quod spero, & opto, in  
Serenitatis Vestrae  
amoenissimo Syde-  
re fortunatus Viator  
felicissime ambulave-  
ro jam notas fidelis, pe-  
rennisque obsequij erga  
Au-



Augustissimam Au-  
striacam Domum,  
*Majorum meorum, uti  
voveo, semitas. Grae-  
cij ipso S. JOSEPHI  
festo die 1661.*

Serenitatis  
Vestrae

*Aeternum devotus*

GEORGIVS SIGEFRIDVS,  
S. R. I. Comes à Dietrich-  
stein.

PLA-





PLACITA  
PHILOSOPHICA,  
DE

ENTE LO-  
GICE CO-  
GNOSCIBILI.

I.

*ENS COGNOSCIBILE  
POSITIVUM, ET  
NEGATIVUM.*



Umanus in-  
tellectus tribus  
potissimum mo-  
dis in hac vita  
cognoscens, objectum nan-  
ciscitur quidquid in totâ lati-  
tudine entis rationem cogno-  
sci-

A

sci-



2 *Ens Cognoscibile Positivum,*  
scibilis participat : cujus ob-  
jecti nomine , sicut entis vo-  
cabulo, omne illud intelligitur  
quod est , vel habet esse quo-  
modolibet , ita nobis venit,  
quidquid per intrinsecam su-  
am cognoscibilitatem cum i-  
pso esse convertibilem consti-  
tuitur in esse cognoscibilis,  
seu apti terminare humanæ  
mentis operationes in hoc re-  
rum statu dependenter à sen-  
sibus cognoscentis ; cui per-  
ceptibile illud fit , vel secun-  
dum se directè , & immediatè,  
vel per connexionem , & de-  
pendentiam , quam inter se  
entia habent , vel per simi-  
litudinem , & convenientiam  
quandam, quam ens unum ha-  
bet cum altero immediatè co-  
gnoscibili.

Hoc



Hoc porrò cognoscibile objectum, quod meritò terminativum dixeris, aliud est ultimatium, non ultimatium aliud: illud est ad quod ità terminatur cognoscens Potentia per suos actus, ut in eo sistat, & ulterius non tendat: hoc verò è contrà est id in cuius cognitione non sistitur intellectus, sed ulterius quasi manuducitur, ad aliud quidpiam cognoscendum; ut contingere experimur quandò sub specie formosi adolescentis Angelum, vel sub habitu venerandi senis Æternum Patrem, vel ipsas etiam materiales substantias accidentibus median- tibus cognoscimus. Ex quo

Sicut inferre licet, DEVM  
ut rerum omnium Principium



4 *Ens Cognoscibile Positivum,*  
nobis esse connaturalitè co-  
gnoscibilem, ità absolutè af-  
leverare fas est, nihil prorsùs  
humanâ solertiâ excogitabile  
esse, quod secundùm se omni-  
nò sit incognoscibile, seu quò-  
ad denominationem, seu quò-  
ad intrinsecam suam cognosci-  
bilitatem: adeoq; cognosci-  
bile universim cum Aristotele  
adæquatâ divisione partimur  
in id quod est, seu in *Ens Acti-  
uale Positivum*; in id quod non  
est, seu in *Ens Negativum*, in  
id quod potest esse, seu in *Ens  
Possibile*, & in id quod non  
potest esse, seu in *Ens Impos-  
sibile*. Ex quâ partitione non  
tamen sequitur ab humano in-  
tellectu connaturalitè in hac  
vita haberi posse perfectam  
simplicitèr totius cognoscibi-  
lis



lis notitiam, tametsi ea possibilis sit, & de facto detur in certo genere ejusdem, in suppositione distributiva, sumpti cognitio: cujus perfectioni non obstat, seu quod illa ortum suum ducat à sensibus, errori, & deceptioni obnoxijis; seu quod perfecta notitia, etiam in certo genere sit de incorruptibilibus, & æternis; seu quod illam consequamur per aliquas similitudines, quæ reperiuntur inter ipsas entium cognoscibilium naturas.

Nomine autem Entis Actuales cognoscibilis, quod primum datæ divisionis membrum constituimus, intelligitur id, quod habet suum esse reale actu extrà causas positum: illius essentia & natura



6 *Ens Cognoscibile Positivum,*

non rectè explicatur formalitèr, seu per id, quod non involvit in se prædicata contradictoria ; seu per id, quod est contradistinctum à nihilo ; verùm cum omnis actualis entitas positiva constituatur intrinsecè aliquo esse reali actuali, non quidem per Physicam aliquam compositionem, sed per omnimodam realem identitatem, idcirco ejus constitutivum intrinsecum formalitèr est ipsum esse actuale existentia talis entis, quod in esse intentionali formalis cognoscibilitatis ponitur per primum formalem conceptum, quem de ipso formare potest intellectus ; cui notissimus ille, vel indè est, quod immediatè manifestus reddatur per ipsam  
exi-



existentiam potentiarum, & operationum, quas Actuale quodvis Ens exercere potest juxta existentis essentiæ suæ dictamina, & exigentiam.

Positivo huic Actuali Enti opponitur Ens Negativū, suo modo pariter actuale; cujus cognitio ad ipsum Ens Positivum exactiū percipiendum maximè conducit: ipsius nomine intelligitur, vel ex ipsa notione, ipsa Entis Actualis Positivi Carentia; sive hæc deinde sit pura negatio alicujus entis adæquati, sive inadæquati solūm, quæ, ad distinctionem illius, dici solet carentia alicujus formæ in subjecto apto illam habere. Adeoq; indiscriminatim hîc sumptū Negativum Ens suo modo de fa-



8 *Ens Cognoscibile Positivum,*

Etò dari, & nemine cogitante, atque ab omni Ente Positivo seu Actuali, seu Possibili realitèr distinctum, authoritas, & ratio convincit. Non consistit proindè essentialitèr in ipsa nolitione formali DEI circa res ipsas, neque in creato aliquo positivo ente, seu majoris realitatis, seu diminutæ entitatis incompossibili cum rebus ipsis; sed

In suo abusivo esse formalitèr, & intrinsecè constituitur per ipsum non esse rei, quod commodè explicatur per verificativum propositionis negativæ: & quamvis illud infinitum categorematicè non sit, à nullis tamen sensibus sive externis, sive internis propriè percipi, nulla ratio, aut experien-



riencia persuadet: experiētijs  
siquidem, quæ in contrarium  
adferri solent, desumptis ab  
oculo nihil vidente in tene-  
bris, vel cernente in Iride, aut  
vitro trigono colores, qui non  
sunt; à Cane qui rectâ egressu-  
rus è cubiculo in patentem  
portam tendit, & non in ali-  
am cubiculi partem; à Simia,  
quæ in hominem jactura lapi-  
dem, hunc sibi proportiona-  
tum deligit; à Serpente, qui  
umbrâ humani corporis per-  
cellitur; à Gallo, quem um-  
bra Nisi in fugam conjicit; à  
Cane denuò qui Hyenæ umbrâ  
exanimatur, alijsq; hujusmo-  
di pluribus fatifit, nec diffi-  
cultè absque eo, quod cogamur  
admittere vel negationes  
sensibus percipi, vel recurre-



10 *Enc Cognoscibile Positivum,*

re ad insensatas species ipsis à natura, & naturæ Conditore inditas. Nihilominùs

Cognoscitur ens negativum re ipsâ ab intellectu tam Increato, quam etiam Creato; & ab illo quidem directè, immediatè, & in se; ab hoc verò de facto indirectè solùm, mediatè, & in alio; tametsi absolute loquendo, non repugnet etiam creato intellectui illud fieri perceptibile directè, & per speciem sui propriam, ac immediatam. Porrò, ut illud determinet intellectum ad iudicium negativum, non sufficit, ut ad illud se habeat velut pura conditio necessariò quidem requisita, sed non necessariò cognita; verùm necesse est, ut ipsum actu vel cogno-  
sca-



scatur ut existens, vel saltem ut quasi tale apprehendatur. Ex quibus orta, hæc Problemata, & Paradoxa proponimus:

PROBLEMA I. *An actus creatae mentis, quodlibet Cognoscibile cognoscere potens, respectu sui sit incognoscibilis?*


PARADOXVM I. *Id, cujus beneficio aliqua potentia cognoscit, non cognoscit.*

PROBLEMA II. *An Melampus, Domini sui Umbra blandiens, blandiatur ejusdem Negationi?*

PARADOXVM II. *Negatio maligna omnibus, sibi metipsi est benignissima.*








II.

*ENS COGNOSCIBILE  
POSSIBILE, ET IM-  
POSSIBILE.*



Otio Entis Pos-  
 sibilis vulgò il-  
 lud importat ,  
 quod priusquam  
 actu existat , habet talia prædi-  
 cata , vi quorum si ponatur ex-  
 trà causas , nullam inferat con-  
 tradictionem ; at impropriè ni-  
 mis sic circumscribitur , sicut &  
 minùs propriè sumitur , pro o-  
 mni eo quod Impossibili sim-  
 plicitèr opponitur . Proindè  
 meliùs , & sensui Philosophico  
 cõformiùs , nomine Entis pos-  
 sibilis id intelligitur , quod ab  
 Impossibili , & Necessariò con-  
 tradistinctum importat cõtìn-  
 gentiam quandam ad existēdũ ,  
 vel



vel non existendum ; & propriissimè, ac in rigore, pro eo, quod nec Impossibile est, nec Necessarium, nec pro ulla differentia temporis Existens, sed merè est Possibile, cujusmodi ens est alter mundus, alijq; sine fine, qui ità existere possunt, ut nunquam tamen sint extituri.

Hac igitur in significacione sumptum Possibile Ens non est aliquid, seu à se, seu à Deo productum, vel perfectæ, vel diminutæ entitatis, ab æterno realitèr ab ipso esse Divino distinctum ; neque etiam est pura aliqua objectiva potentia, sive hæc aliquid positivi sit, sive pura negatiò : imò nec secundùm se est Denominatio aliqua extrinseca proveniens ab ipsa DEI Omnipotentia



14 *Ens Cognoscibile Possibile,*  
tia formalitè; tametsi dici pos-  
sit, quod secundùm denomi-  
nationem, quâ dicitur abso-  
lutè potens poni extrà causas,  
necessariò involuat ipsam vir-  
tutem potentem ipsum pro-  
ducere, non alitè, quam de-  
nominatio proximè amabilis  
formalitè involuit amorem  
possibilem, ipsamq; potenti-  
am amare potentem. Non et-  
jam *Ens Possibile* præcisè  
spectatum est conditionatum  
aliquod objectum correspon-  
dens huic conditionali: si exi-  
steret non involueret contra-  
dictionem: verùm est tale con-  
cretum Metaphysicum obje-  
ctivum, quod in recto impor-  
tat ipsum ens juxtà omnem en-  
titatem quam haberet, si actu  
existeret, in obliquo dicens,  
velut



velut quasi formam , actuale quoddam disjunctum , quod à parte rei nemine cogitante reperitur in singulis entibus possibilibus , nimirum vel ipsum actuale esse positivum defectibile , vel ipsa negatio talis existentiae , itidem defectibilis ; vi cuius disjuncti verificari possunt omnes propositiones tam absolutæ , quam conditionatæ , quæ de ente possibili à nobis possunt fieri.

Sic constitutum in esse suo reali potenciali *Ens Possibile*, in esse intentionali , seu respectu nostrorum conceptuum formalium, rectè constitui potest in eo , quod sit id cuius cognitio non determinat intellectum ad duas propositiones contradictorias conjunctim ,  
seu



16 *Ens Cognoscibile Possibile,*  
seu copulativè acceptas, sicut  
eundem determinat cognitio  
rei impossibilis. Si verò ejus  
definitionē, quò ad rem ipsam,  
& in sensu physico, quis desi-  
derat, dicimus re ipsâ aliud  
non esse, quam ipsam rei essen-  
tiam, quæ actu existere potest;  
quâ in acceptione benè expli-  
catur realitèr loquēdo, vel per  
ordinem ad proprietates, quod  
scilicet sit primum principium  
omnium proprietatum, & o-  
perationum, quæ talis essen-  
tiæ, ac naturæ convenire pos-  
sunt; vel per ordinem ad no-  
stros conceptus dicendo, illud  
esse, sine quo formaliter in-  
trinsecè res aliqua concipi non  
potest.

Undè inferre licet, quod  
tametsi ens possibile in prima-  
rio



rio suo conceptu actualitatem, sive existentiam nullam prorsus determinatè includat, nihilominus realitèr adæquatè, ut rem à re, à se ipso actuali, seu existente non distingui: neq; huic illationi quidquam obest, quod possibilitas, seu essentia rerum (has enim pro eodem accipimus) dicatur immutabilis, necessaria, æterna; actualitas verò, seu existentia, sit mutabilis, defectibilis, contingens: cum universim veritati, & rectæ rationi conforme maximè esse censeamus, quod quomodocunq; à nobis concipiatur essentia possibilis, qua talis intrinsecè, semper involuat in conceptu suo saltè m reali, & implicito, esse subsequens esse Divinum; adeoque  
quod



18 *Ens Cognoscibile Possibile,*

quod in tantum sit, sive disjunctivè, sive determinatè, sive quocunq̄ue alio reali demum modo à nobis excogitabili, in quantum realitèr existit ipsum esse Divinum; atque ita indubitatum, certumq̄; manet entia quæcunq̄; extra Deum in esse suo semper, & in quocunq̄ue statu à DEO esse, & necessarijssimè dependere.

Ens Impossibile Possibili oppositum, notione suâ nobis manifestat se in esse suo involvere repugnantiam, & formalem, vel ad minimum virtua-lem, contradictionem. Hoc suo modo dari, & participare rationem entis, etiam nemine cogitante, videtur infallibile: cui certitudini minimè obest modus loquendi de illo, ac si esset



esset ens aliquod, aut purè positivum, aut merè negativum. Contradistinguitur quâ tale, præcisivè loquendo, ab Impossibili Negativo, & ab Impossibili quasi Positivo, seu Fictio; ad quæ est quasi quoddam genus abstractum, non secùs ac Animal ad rationale, & irrationale. Rectè in rigore dialectico definitur esse id, quod dicit essentialem, & intrinsicam impotentiam, respectu cujuscunq; agentis, ad existendum per veram, & realem aliquam productionem.

Negativum Impossibile illud esse dicimus, quod involvit negationem necessariam Entis Necessarij sive simpliciter, & absolutè talis, sive etiam solùm ex suppositione.



20 *Ens Cognoscibile Possibile,*

Impossibile verò quasi Positivum illud est, quod est fictum aliquod ab intellectu, essentialitèr importans prædicata se mutuò destruentia. Secundùm quod utrumque complectitur Ens Impossibile in tota suâ latitudine acceptum, est intrâ latitudinem objecti intellectus, adeoq; secundum se est Ens Cognoscibile. Porro

Negatio, exempli gratiâ, Dei, Entisque necessarij, seu absolutè, seu ex suppositione talis, impossibilis in se est, utpote quæ in actu exercito determinat intellectum circa se versantem ad hoc simplex iudicium: est, & non est Deus. Et licèt de facto à nobis cognoscatur impossibile per alienas species, Entium scilicèt  
possi-



Positivorum ; de potentiâ tamen absolutâ non implicat, ut etiam per propriam speciem cognoscatur, non quidem ab ipso Ente Impossibili promanantem, sed productam ab ipso Deo, & potentiæ intellectivæ creatæ supernaturalitèr infusam. Ex quo tamen minimè sequitur posse aut internum, aut externum sensum ullum, propriè cognoscere aliquod impossibile ; quod dum intellectus cognoscit, tamen si saltè m metaphysicè compositum in se fit, nullum tamen necessariò facit ens rationis fictitium.

Hoc autem dari, & auctoritas, & ratio, & intellectualis experientia nobis persuadet : rectè definitur esse id  
quod



22 *Ens Cognoscibile Possibile,*  
quod habet esse tantum ob-  
jectivè in intellectu. Esse ve-  
rò tantum objectivè in intel-  
lectu est ab intellectu affir-  
mante tale esse accipere, quod  
essentialitè implicat poni à  
parte rei, propter intrinse-  
cam, quâ constat, impossibi-  
litate. Non consistit pro-  
indè illud in denominatione  
aliquâ extrinsecâ proveniente  
à cognitione, seu res reales in-  
debitè cognoscente, seu pu-  
rè impossibilia speculante; inò  
qui in hoc ponit entis rationis  
essentiam, formalitè destruit  
essentiam entis rationis; sicut  
& illi, qui sive in unione, aut  
identitate aliqua reali inter  
partes reales incongruè appli-  
catâ illud consistere docent;  
sive in realitatibus partim in-  
trâ,



trà , partim extrà intellectum  
entis rationis essentiam collo-  
cant. Qui autem dari affir-  
mat ens rationis simplex, pro-  
priè facit ens rationis compo-  
situm , cum impossibile illud  
sit.

Sensus externi fabricare  
nequeunt hujusmodi entia ,  
quæ sint objectivè tantùm in  
sensibus : imò nec sensus ul-  
lus internus ; nec appetitus ul-  
lus , seu sensitivus , seu ratio-  
nalis ; ac propterea nec Saty-  
ri , nec Fauni , nec Centauri ,  
nec alia hujuscemodi Poëta-  
rum figmenta , multò minùs  
somniaantium illusiones , in  
quibus Phantasia montes au-  
reos , christallina maria , ar-  
ces in spatijs imaginarijs , in  
nubibus exercitus , volantes



24 *Ens Cognoscibile Possibile,*

Dædalos , cadentes Icaros, aliaque plura imaginationis monstra sibi repræsentat, impossibiles sunt simpliciter, aut entia rationis : imò nec vigilantes Mathematicorum curæ rationis effingunt entia per ocularia, quibus videmus id, quod est magnum parvum ; ut solem, centiès sexagiès terrâ majorem, ad instar cubitalis disci ; vel è contrâ per microscopia pulicem ad instar elephantis, Sequè sex milliès magnitudine apparenti excedentem : aut unum plura, per vitrum polygonum idem objectum centiès multiplicans ; aut demùm, ut prætereamus obvia alia, integrum & fractum in aqua, aut scisso speculo repræsentatum. Solus proindè humanus



mus intellectus, nec hic quidem per omnes suas operationes, sed per solum affirmativum judicium rationis entia operatur. Illorum aliquando fabricam concedendam etiam menti Angelicæ censemus, in ijs quæ intuitivè non agnoscunt. Intellectus autem Divinus tametsi omnia, & singula, quæ creatus effingit, perfectissimè cognoscat, nullum tamen ipse fingit, aut fingere potest ens rationis. Ex quibus hæc Problemata, & Paradoxa solvenda proponimus.


PROBLEMA I. *An amabilitas Austriaca, in statu puræ possibilitatis spectata, trahere possit animos omnium in sui amorem?*



PARADOXVM I. *Possibilis Turcarum Caesar nec purum ens est, nec purum nihil.*


PROBLEMA II. *An plura in scholis, an in compitis, & foro fictitia fiant entia rationis?*

PARADOXVM II. *Infelicissima fuere illa secula in quibus plurima facta sunt rationis entia.*



I I I.

**ENS COGNOSCIBILE  
PROUT OBJECTVM POTENTIAE  
COGNOSCENTIS.**



St æq; infallibile principium, habitus scientificos quoscunq; demũ, cognoscibiles nobis fieri per suos actus, ac certum est illud



lud actus à suis specificari ob-  
jectis. Nomine verò habitûs,  
cum communi authorum, in-  
telligimus facilitatem, quam  
experimur in nobis post fre-  
quentatos actus in alicujus sci-  
entiæ, aut artis intellectualis  
exercitio; sic qui in Poëticis,  
Rhetoricis, Arithmeticis,  
Musicisvè sese subindè exer-  
cent, facilitatem adipiscuntur  
in artium hujusmodi exercita-  
tione; quod videmus, pro-  
portione servatâ, accidere &  
ijs, qui Artibus saltandi, equi-  
tandi, digladiandi, Archite-  
ctonicis item, Polemicis, Sta-  
ticis, Dioptricis alijsq; hujus-  
modi operâ suam impendunt.

Actûs verò nomine veni-  
unt operationes illæ, quæ  
communiter à potentia tali ha-



bitu informatâ eliciuntur ;  
 quales in speculativis sunt a-  
 ctuales ipsæ objectorum me-  
 ditationes ; quales in practicis  
 sunt cognitiones ipsæ præci-  
 pientes modum faciendi ea ,  
 quæ à tali scientia, aut arte per-  
 ficiuntur ; cujusmodi in Poë-  
 tica esse solent præceptiones  
 versuum pangendorum , in  
 Saltatoria & Digladiatoria, sic  
 vel alitèr librandi gladium, ar-  
 tusque corporis ; & in Logi-  
 ca , præcepta illa, quibus hu-  
 manus intellectus in suis ope-  
 rationibus dirigitur ad verita-  
 tis indagacionem.

Nomine demùm objecti  
 universim illud intelligitur ,  
 quod proponitur , & objici-  
 tur actibus cujusvis seu poten-  
 tiæ , seu scientiæ ; sic color, qui  
 vide-



videtur, est objectum potentie  
visivæ: verum, quod cognosci-  
tur, objectum & intellectûs, &  
& intellectualium actuum, seu  
habituum: bonum, quod ama-  
tur, objectum voluntatis, ejus-  
demq; actuum; marmor, quod  
in statuam efformatur, obje-  
ctum artis statuariæ, &c. Hoc  
objectum dupliciter sumi so-  
let, primò latissimè, prout  
scilicèt complectitur omne id,  
quod quomodocunq; tracta-  
tur à potentia aliqua, aut sci-  
entia; sic objectum artis Pi-  
ctoriæ sunt colores, colorum  
mixtiones, mensuræ, pro-  
portiones membrorum, lineæ  
circuli, reliquaque omnia, quæ  
talis ars ad suum exercitium  
requirit, quod propriè dici  
solet objectum communitatis:



Pressè verò & in rigore Philo-  
sophico sumptum objectum,  
id esse censemus, ad quod o-  
mnia, quæ in certa aliqua sci-  
entia tractantur, reducuntur  
ultimò.

Istud, ut tale sit, tres com-  
munitè exigit conditiones;  
quarum prima est, ut sit unum  
unitate aliquâ vel univocâ; ut  
est in Physica ens naturale, &  
in Metaphysica ens, seu essendi  
principium; vel ordinis, ut in  
Ethica, Politica, Militari, est  
tota Respublica, Regnum, vel  
Exercitus, quæ unum sunt per  
ordinem ad unum Principem,  
Regem, bellivè Ducem; vel  
unitate accidentis, aut subje-  
cti, sic in Medica est homo sa-  
nabilis, in Militari exercitus  
instruibilis, in Polemica for-  
tali-



talitium erigibile, munibile, defensibile: vel denique unitate definitionis, vi cuius aliquo modo conceptu uno, unaque definitione cognosci possit, & definiri. Altera conditio objecti attributionis est, ut talis scientia, vel ars per se versetur circa huiusmodi objectum: versari autem per se est ita speculari, vel operari circa illud, ut sistat in ipsius speculatione, vel effectione, prout accidere videmus in Medica, quæ, effecto corpore sano, à sua cessat operatione, & in Pictoria, quæ, imagine benè expressâ coloribus perfectâ, conquiescit. Tertia conditio requisita à quibusdam, ad hoc ut aliquod objectum attributionis sit, & dicatur est,



ut per tale objectum scientia illa in suo esse proprio constituatur, & distinguatur ab omnia alia; verum hanc conditionem reputamus non ita esse necessariam, ut dabile non sit absque illa proprie dictum attributionis objectum, prout videre est vel ad ignem, & incudem in arte fusoria, & ductoria statuae metallicae utraque factiva. Porro

Objectum attributionis bene dividitur in Totale, seu Adaequatum, & in Inadaequatum, seu Partiale: hoc ad illud subordinatur quidem, sed non ut medium ad finem, verum duntaxat, ut pars ad totum. Confurgit utrumque ex objectis materiali & formali, illud est circa quod scientia,

tia,



tia, vel ars versatur; istud verò est id per quod determinatur materiale ad considerationem propriam talis artis, aut scientiæ; undè non abs re inferitur, objectum, finemque intrinsicum, præsertim in practicis scientijs, idem esse. Et licèt, ut diximus, objectum specificativum alicujus habitus, vel scientiæ illud sit, per quod talis habitus in suo esse constituitur, & ab omni alio differt, nihilominus non est ità proprium uni Facultati, ut quod est objectum formale unius, nequeat esse alterius objectum materiale.

Specificativum verò habituum, & actuum duplex necessario assignari debet, intrinsicum unum, extrinsecum al-



§4 *Ens Cogn. prout obiectum*

terum : illud est ipsa ultima  
differentia , per quam habitus,  
vel actus intrinsecè constitui-  
tur ; extrinsecum verò sunt i-  
psæ causæ finales , efficientes,  
& formales extrinsecæ , quæ  
extrinsecè concurrunt , seu ef-  
ficiendo , seu movendo , seu  
determinando ad constitutio-  
nem talis habitûs in suo esse.  
Et hinc non malè deducitur  
hoc extrinsecum specificati-  
vum sumi rursûs dupliciter  
posse , prout scilicèt est quid  
commune , & prout quid pro-  
prium : illud est , quod dat præ-  
dicata communia , & generi-  
ca tali habitui , hoc verò quod  
eidem attribuit ultimam diffe-  
rentiam , in ea sibi effectum  
assimilans : adeoquæ extrinse-  
cum proprium magis specifi-  
care



care habitum, quam id quod tribuit prædicata generica, sibi illum assimilans in iisdem, sic v. g., quod est exemplum Aristotelis 2. Physicorum, tametsi Sol & homo generent hominem, nihilominus Sol non dicitur specificare hominem, sed ipse homo, licet Sol in prædicato generico corporis sibi hominem assimilet. Quare conformiter

Dicimus objectum extrinsecum specificativum specificare cognitiones, aliosq; intentionales actus quoscunque tribuendo eisdem ultimam differentiam extrinsecam specificam; sic Albedo tribuit oculari visioni prædicatum differentiale, per quod visio, quæ esse posset aliàs purpurei, aurei,



36 *Ens Cogn. prout objectum*

rei, viridisq; coloris fit formalitè visio tantùm Albedinis, & alterius nullius coloris expressiva; non secùs quam rerum femina, v. g. lactucæ, aut papaveris, sunt causæ particulares & specificativæ earundem in tali esse: & hinc fit, quod potentia ipsæ productivæ actuum actibus suis tribuant sola prædicata generica, objecta ipsa verò, specifica, quæ propriè, & per se semper esse debent diversæ rationis ab habitibus, & actibus quos specificant: Undè

Specificatione hac objectivâ illi actus, & habitus (idem enim est, ut diximus, specificativum utriusq;) universim dicuntur specificari, qui secundùm sua essentialia ità  
ada-



adaptantur objectis extrinsecis, ut eorum definitio haberi nequeat, nisi tanquam mensura, & regula eorundem involvantur objecta; adeoque, quod hinc sequitur, omnis actus cognoscitivus creatus essentialiter est à potentiâ & objecto, sive à cognoscente, & cognito; cujus sequelæ luculentum habemus indicium in speciebus, quæ per lenticulare aliquod vitrum in obscurum cōclave intromittuntur.

Neque obest, aut sequelæ, aut experientiæ, seu quod objecta sensitiva, imò sæpè & intellectualia, sint imperfectiora actibus earundem potentiarum; neque etiam quod cognitiones Divinæ, vel fortè etiam Angelicæ quædam, nec



specificentur, nec specificari possint ab objectis, & præsertim materialibus; nec demùm quod sæpè objecta, vel planè non sint, imò nec esse possint, vel non debitè ad specificandum applicata, cujusmodi sunt objecta aut negativa, aut impossibilia, aut etiam actualia, sed à potentia remotissima, uti sunt in remotissimis globi terraquei partibus, extimisque mundi hujus spectabilis regionibus existentia; quæ per speciem, aut propriam, aut alienam, sed propriæ similem ordinatam ad propagandum obiectum in esse intentionali, sui specificant cognitionem, non secùs ac semen graminis ordinetur ad gramen propagandum in esse reali. Ubi  
ani-



animadvertere licet mirabilem illam convenientiam, & proportionem quâ omnia sese propagant in esse tam reali, quam intentionali; cum in utroque, ingenito quodam naturæ instinctu, existere appetant, prout inductione universalissimâ tam entium sensu, & ratione præditorum, quam rationis, & sensûs expertium fit manifestum. Ex quibus sequentia Problemata, & Paradoxa non difficultè elucidabuntur:

PROBLEMA I. *An omnes operationes Græcensis Logicæ, vitales sint imagines Austriacæ Munificentia?*

PARADOXVM I. *Ab inscio omnimodè artis pictoriæ pingi potest imago longè præstanti-*



*or, quam ab ullo Xensi, vel  
Apelle.*

**PROBLEMA II.** *An præstantius, excellentiusq<sub>3</sub>, sit bonum, esse, an cognosci?*

**PARADOXVM II.** *Objecta minima maximas specificant, & causant cogitationes.*



I V.

**ENS COGNOSCIBILE  
UT OBJECTUM  
LOGICAE.**

**I**N hoc deter-  
minando, si alibi  
uspiam, varia sunt  
Authorum placi-  
ta: viginti & aliquot, nec otio-  
sus, quidam adnumeravit re-  
centior; quod minimè mirum  
esse



esse debet scienti D. Augustinum lib. 16. de Civitate DEI cap. 1. ex Varrone referre centum octuaginta octo de fine hominis sententias, quo tamen inter sapientes exploratius nihil esse deberet, nihil notius. Hinc cum singula illa de objecto Logicæ placita referre, & refellere nimis prolixum foret, ac operosum, ut concludamus omnia, excludamus nullum, dicimus: Objectum materiale adæquatum Logicæ esse ens omne cognoscibile, non quidem secundum radicalem, & remotam cognoscibilitatem, sed quatenus proximè Logicæ artificio subesse, eiq; adaptari valet.

Undè non requiri necessariò arbitramur ad objectum



materiale alicujus artis, vel scientiæ, ut perficiatur intrinsecè, & intrinsecè informetur à forma talis vel artis, vel sciētiae, imò hoc se habere merè per accidens omninò asserimus docti experiētiâ tot artium, quæ sua ut objecta humanis adaptent usibus, per formas suas non perficiunt, quin deteriorant materialia objecta; adeòque non existimamus veram illam causalem: ideò aliquid est objectum materiale alicujus scientifici, vel artificiosi habitûs, quia perficitur, ac recipit intrinsecè formam; sed istam: quia totum artificium artis, practicæ vè scientiæ in eo consistit, ut adaptet, & quodammodò commensuret formam suam tali materiæ, ver-



versâque vice materiam coæquet formæ : in quo etiam totum artificium Logicæ consistere adstruimus. Et hinc

Assumpta illa principia, quibus quidam communiter utuntur in investigandis objectis materialibus, practicarum præsertim scientiarum, ut : quod illud sit objectum artis, vel scientiæ practicæ, quod potest benè, vel malè fieri : & aliud : in quod introduci potest forma tanquam realis ejus perfectio ; vel etiam illud : in quo rectæ operationes tanquam in subjecto informationis recipiuntur ; sive illud demum ; quod à tali arte, vel scientia, est dirigibile, aliaque hujusmodi, & ab his solis vocibus



cibus diversa, subsistere minimè arbitramur.

Neque ex sic statuto objecto materiali Logicæ nostræ sequi posse arbitramur; vel quod Logica commisceatur cum Metaphysica; vel quod huic saltem sit subalternata; vel quod considerare debeat principia, proprietates, & passionnes Entis Cognoscibilis: quod nè faciat, extraque suam, ut dicitur, saltet orbitam, modum, & terminum illi apponit objectum formale, per quod amplitudo illa materialis objecti comprehendentis non solum res omnes, Entiaque Actualia positiva, sed etiam Negativa, Possibilia, & Impossibilia, quæ quâ cognoscibilia sunt, æque immediatè  
atti-



attinguntur ab actibus Logi-  
cis, ac res aliæ quæcunq̄ue po-  
sitivæ considerationi Logicæ  
adaptentur, ac commensuren-  
tur. Porro

Hæc regula, seu mensu-  
fura, quæ usitato nomine ob-  
jectum formale solet nuncu-  
pari, alia in Logica non est,  
quam ipsæ operationes intel-  
lectûs rectæ, seu Logicæ præ-  
ceptis conformes; & hæ qui-  
dem, non ut sic, & in commu-  
ni sumptæ, ut quibusdam pla-  
cet; imò censemus illas quâ-  
tales, nec dari, nec dabiles esse  
in natura rerum; neque etiam  
istæ, aut illæ in suppositione  
discreta & personali; sed o-  
mnes tres operationes mentis,  
Logicæ præceptis conformes,  
seu rectæ, in suppositione ab-  
so-



soluta, seu si mavis, in distributiva acceptæ, sunt objectum formale adæquatum Logicæ, utpotè tales, quarum rectitudinem, & conformitatem, ut quò, per sua præcepta intendit habitus Logicæ.

Nec obstat huic nostræ assertioni, seu quod operationes intellectûs dicantur esse objectum formale Animasticæ; seu quod non videantur singulæ secundum se à Logica expetibiles; sive, quod ipsæ operationes communiter existimentur importare tempus, vel præsens, vel præteritum, vel futurum; sive demùm quod tertia operatio non videatur posse subesse directionibus Logicis, cum illa ex præmissis ritè dispositis necessario sequatur. Ex



Ex sic statutis objectis materiali, & formali Logicæ non difficilè evadit assignare adæquatum ejusdem, & totale, seu attributionis; ad quod omnia referat illa ultimò, quæ ab ipsa tractantur, & in quo tandem obtento perfectè conquiescât; quod esse adstruimus ipsam conformitatem, in concreto, operationum intellectualium cum objecto cognoscibili, quâ illæ huic adæquantur, hoc verò ità se habet quemadmodum ab ijs cognoscitur & repræsentatur. Ex qua conclusione benè inferimus. I. à quibusdam Logicam non rectè dici habitum instrumentarium, cujus finis sit, saltem ut quò, tradere instrumenta ad alias scientias, ac verita-



ritates in ijs contentas comparandas : Neque 2. ab alijs objectum attributionis Logicæ rectè censerì objectivum exemplar conducens ad alias scientias conquirendas : Nec 3. à nonnullis rectè dici veritatem quatenùs objectum Logicæ, esse Demonstrationis proprietatem: contrà quod nos asserimus, Demonstrationem ipsam dirigi à Logica ad veritatem ipsam proximè exequibilem, non secùs ac Musica dirigat ad executionem numeri, quia sonorus est, & ad oblectandum aures, & per has animum, idoneus : sicut & adstruimus veritates omnium scientiarum, si non ut actu constitutas, at ad minimum, ut proximè actu exequibiles specta-



ſpectatis Logicæ Præceptis , ſpectent ad objectum attributionis ejusdem : & V. quod Logica non , tantum de vero , ſed etiam de verofimili agat , utpotè quæ etiam doceat probabiliter in utramque partem diſputare : atque demum VI. Logicæ objectum attributionis habere ſeſe , ut objecta attributionis aliarum ſcientiarum , practicarum præſertim , & artium ; atque adeò ſicut Ethicæ eſt opus honeſtum , non ſola honeſtas , Medicæ corpus ſanum , non ſanitas , Polemicæ , non ſola figura fortalitij , ſed totum ipſum fortaliti-um munitum , ac deſenſum , Artis demum cujuſque non artificialis forma , ſed opus ipſum artificiatum eſt adæquatum ,



seu attributionis objectum ; ità etiam in assignato à nobis suprà Logicæ objecto , dicimus non ipsam veritatem in abstracto, sed in concreto, hoc est, actum verum veritate tam formali, quam objectivâ talem, conformiter ad doctrinam Aristotelis 2. Politicorum cap. 5. esse objectum attributionis ejusdem. Ex quo facilè essentialis Logicæ definitio construitur, dicendo scilicèt ; Logicam artificialem esse habitum practicũ scientificũ intellectûs humani directivũ, cujus finis, & institutum est dirigere mentis humanæ operationes ad veritatis, ut exequibilis, consecutionem. Atque ex his subjecta Problemata, & Paradoxa ponimus exsolvenda.



*ut objectum Logica.* 51

PROBLEMA I. *An Majestas Austriaca, precipua, & primaria pars sit objecti materialis Logicae?*

PARADOXVM I. *Omnia aliorum de objecto Logicae placita dum rejicimus, recipimus.*

PROBLEMA II. *An ea quae non sunt, aequè sint Logicae objectum, quam quae re verè sunt?*

PARADOXVM II. *Logicum mendacium ad veritatem, quae est objectum attributionis Logicae, propriè pertinet.*







V.

*ENTIS COGNOSCIBILIS CONSIDERATRICES LOGICAE DIVISIO, ET QUALITAS.*

**S**ic constituta Artificialis Logicae, ex ipsius objecto nobis manifestata essentia, prout videlicet à Naturali contradistinctæ (cujus nomine intelligimus ipsam Potentiam naturalem intellectivam, quâ apprehendimus, judicamus, discurremus, seu lumen ipsum naturale, quod cuique dictat, quomodo judicandum, discurrendumque sit, inditum naturæ rationali ab ipso ejus Muni-



Munificentissimo Conditor) dividitur communiter in Universalis, & Particularem: illa est, quâ intellectus ad æquationem instruitur modo, quo in qualibet scientia, & universim circa quodcunque objectum scientiarum absque errore procedere debeat in Veritatis assecutione: hæc autem illa dicitur, quâ mens humana instituta in certâ, & determinatâ materiâ operatur juxta talis objecti exigentiam, vel peculiaris scientiæ naturam, ut expetitam Veritatem assequatur.

Dividi rursus solet, nec incongruè, in Judicativam, quæ à Græcis Analytica nuncupatur, in Inventivam, seu Topicam, & in Sophisticam.



54 *Entis Cogn. Consideratricis*

In qua rursus divisione nobis semper suspiciendus sese representat mirus ille ordo, ac proportio, quæ inter esse reale, & intentionale intercedit; quod nempe sicut natura in esse reali habet quosdam effectus & actus, ita necessarios, ut nunquam deficient, cuiusmodi sunt Solis, siderumque ortus, & occasus, noctis ac diei vices, cursus, recursusque; Veris, Æstatis, Autumni, & Hyemis, aliaque his similia; alios in quibus deficere quidem potest, sed plerumque non deficit, ut dum per rerum semina, res ipsas, quas intendit, operando producit; alios denique in quibus omnino deficit, ut cum per semen generantur monstra ex de-



defectu alicujus principii ; ità prorsùs eadem natura in esse intentionali, & specialitèr inter actus intellectûs, quosdam habet, quibus necessariò assequitur finem, id est veritatem intentam; & ad hos actus ordinatur pars illa Logicæ, quam suprâ Judicativam diximus ; quosdam verò, quibus ut plurimùm finem assequitur, non tamen semper, & necessariò, ad quos instituta est pars alia, quã Inventivam vocamus; quosdam denique, qui à fine, id est veritate omninò deficiunt, ad quos Sophistica ordinatur, quæ quia judicium, veramque inventionem quasi destruit, & evertit, ideò destructiva potiùs, & monstrosa, quam genuina Logicæ pars



meritò debet nuncupari. Ut autem alias artificialis Logicæ divisiones omittamus, quarum longos catalogos contexunt vetustiores quidam.

Celeberrimâ divisione dividitur Logica in Docentem & Utentem. Quòád primum divisionis hujus membrum, indubitatum esse debet Logicam Docentem illam esse, quæ præcepta tradit, quibus instructa cognoscitiva potentia manuducitur quasi ad veritatis a-vitæ consecutionem; quæ præcepta non solum ipsi Logicæ in suis actibus eliciendis, verùm etiam alijs omnibus scientijs ad præfixum finem exequendum inserviunt; & quidem non in una, aliâve tantum materia, sed in quacunq; seu



seu evidenti, seu probabili, seu practica, seu purè speculativa.

Quóád secundum verò membrum positæ divisionis, controversia est major, nec de nomine tantùm, ut multi opinantur, verùm de re ipsa; in qua nobis sic videtur procedendum. In primis existimamus Logicam Utentem non esse habitum aliquem, quem intellectus possidens in quavis materia possit tantùm probabiliter discurrere, & disputare: neque secundò esse adæquatè solam Logicam, quatenùs ipsa suis utitur præceptis circà proprij sui objecti considerationem; licèt verum etiam sit, quod Logica prout sua præcepta adhibet in mate-



ria propria, pariter sit, & dici debeat Logica Utens; quæ nec etiam est habitus aliquis executivus distinctus ab habitibus aliarum scientiarum, & à Docente Logica adæquatè acceptâ, cum præsertim nullus sit assignabilis à tali habitu propriè proveniens actus absque processu in infinitum; quem neque in cognitionibus admitti posse meritò arbitramur: adeòquè

Logica Utens est praxis ipsa, seu actuale exercitium Logicæ Docentis, sive ipsa definitionum, divisionum, propositionum, syllogismorum, cæterarumque hujusmodi Logicalium operationum actualis constructio in quacunque materia, & scientia; undè  
non



non malè hæc dici potest, in-  
sistendo rigori vocis, Logica  
potius *Usa*, seu *Usitata*, quam  
*Utens*: ex quo patet, quod qui  
se se exercet syllogyzando, ver-  
bi gratiâ, in una materia, adi-  
piscatur facilitatem ad syllogi-  
zandum etiam in alia, licèt non  
tantam, quantam in ea in qua  
se exercuit; non secùs quam  
qui novit rectè instruere, ac di-  
sponere Martiales militum a-  
cies sibi priùs benè cognito-  
rum, facilè etiam disponet, ac  
instruet aliam novorum licèt  
militum; cum formalis dispo-  
sitiò maneat eadem, diversitas  
solùm sit materialis; undè qui-  
vis prudens rerum æstimator  
Logicæ dignoscet ad reliquas  
scientias, vitamque Civilem,  
ac humanum consortium ne-



60 *Entis Cogn. Consideratricis*  
cessitatem pariter, ac summam utilitatem.

Porrò ex his minimè inferre fas est, Utentem Logicam esse habitum adæquatè, multò minùs realitèr distinctum ab ipsa Docente; quantumvis dici possit cum fundamento in re, per rationem ratiocinatam ab eadem distingui, inadæquatè scilicèt, & secundùm id quod importat in obliquo. Omnes nihilominùs ipsius actus elicitive procedunt ab habitu ad quem pertinet actus talis scientiæ, directive verò ab ipso habitu Logicæ Docentis, non quidem immediatè, & formalitèr, sed mediantibus ipsis Logicæ actibus, qui proximè, & formalitèr dirigunt potentiam ad conficiendam bonam  
defi-



definitionem, bonum syllogismū, &c. in quacunq; materia, & ad quemcunq; scientificum habitum spectantes.

Quæ Logicæ directio benè explicatur peritissimi alicujus belli Ducis, aut gloriosi Imperatoris exemplo, qui pugnās in singulis è militibus suis probè à se instructis, & ordinatis sibi cōparat illas Laureas, quæ Imperatorem victoris exercitūs consequuntur.

Ufus autem hic Logicæ extendit se quoque ad syllogismos probabiles, aliasque operationes, etiam non demonstrativas, quæ in quavis scientia, & facultate reperiuntur; siquidem hæ esse possunt objectum aliorum præceptorum, quæ seu ad demon-



strationem, seu ultimatè ad ipsam veritatem sive speculabilem, sive exequibilem ordinantur. Itaque præcepta, etiam ad demonstrationem v.g. possunt esse usus præceptorum circa demonstrationem, non secùs quam eadem cognitio potest esse speculatio unius objecti, & praxis respectu alterius reflexæ alicujus cognitionis.

An verò nomine habitûs præceptivi solùm veniat habitus dans præcepta generalia, an etiam dans præcepta particularia, quæstionem de nomine solùm esse posse existimamus, cum certum nobis sit, quod habitus dans ultimas cognitiones præceptivas in particulari aliquid præcipiat, adeoque



deoque non possit illi negari in aliquo sensu rationem habitus præceptivi. Utrum autem Logicæ habitus necessarius sit ad alias scientias de nomine quæstio nullatenus videtur, in cujus decisione, nè deducatur illa ad Logicam naturalem, quam certum est absolute esse necessariam ad quancunque intellectualem scientiam, cum, ut supra diximus, illa sit ipsum Lumen naturale intellectui à natura inditum, quod si absit, adsit quicunque licet improbus labor, non tamen optatæ quis fiet compos scientiæ. Proinde

Asserimus Logicam quoque artificialem ad reliquas scientias quoad substantiam, & directam certitudinem comparan-



64 *Entis Cogn. Consideratricis*

parandas, earumque actus esse necessariam necessitate saltem secundum quid. Imò si reliquæ scientiæ spectentur secundum certitudinem, ac evidentiam reflexam, modumque debitæ perfectionis, eandem simpliciter & absolutè necessariam, nec moraliter tantum, sed etiam physicè, esse probabiliter judicamus. Ex quo tamen non sequitur falsum esse 1. quod habitus acquisiti non dent facilè posse; nec 2. quod homines rudes, & idiotæ, Logicæ artificialis omninò expertes, subindè rectè discurrentes formalem queant deducere conclusionem; nec demùm 3. quod dum discurremus, semper nosmet reflecte-



*Log. Divisio & Qualitas. 65*

re non debeamus ad bonitatem ipsam illationis.

Quòad qualitatem verò Logicæ sic sentimus, eam non esse, propriè, & rigorosè loquendo, instrumentum aliquod, & organum, modumvè sciendi, tametsi ab Aristotele hoc nomine non rarò indigitetur: non etiam opinionem, seu notitiam, quæ habetur de rebus contingentibus, & non necessarijs probabiliter solùm; licèt non diffiteamur multa discuti, & asseri in Logica, prout defactò in scholis tractatur, solùm probabiliter, imò fortè, & falsè, quin & à quibusdam erroneè, ut manifesta convincit experientia: neque etiam esse Intellectum, seu habitum primorum



66 *Entis Cogn. Consideratricis*

rum principiorum per se, ac lumine naturæ patentium, etsi in Logica hujusmodi non pauca pertractentur. Non item Sapientiam, seu rerum præstantissimarum, & maximè universalium per altissimas ipsarum causas notitiam: Nec Prudentiam actionum humanarum singularium in genere moris, quò ad bonitatem, honestatemque moralem, ut rectè, & laudabiliter fiant, directricem. Neque deniq; Artem seu activam, seu factivam, quantumvis in chartis, & libris seu typis expressa, seu stylo exarata maneat, quod non naturam Logicæ arguit, sed Logici solùm imbecillitatem. Verùm

Est absolutè, & secundum  
dum



dum omnem proprietatem scientia, procedens per cognitiones certas, & evidentes per causam, quæ non contingit aliter se habere; non tamen purè speculativa est, multò minùs partim speculativa, & partim practica, sed merè practica tantum. Quo non obstante vera est, & genuina Philosophiæ pars, meritòque inter intellectuales virtutes ad censenda. Nec per hoc minuimus seu Aristotelis auctoritatem, Dialecticam, seu Logicam, Theoricam appellantis: seu D. Augustini Philosophiam Rationalem lib. 8. de Civitate Dei, inter speculativas recensentis; seu nostram ipsam doctrinam qua pro fine, & objecto attribu-



68 *Entis Cogn. Consideratricis*  
nis Logicæ assignavimus ve-  
ritatem, seu conformita-  
tem actuum intellectualium  
cum objectis cognoscibilibus.  
Atquè ex dictis sequentia Pro-  
blemata, & Paradoxa solvere  
non diffidimus.

PROBLEMA I. *Poeticumne, an*  
*Rationalis Philosophia, sit ce-*  
*leberrimum illud Horatii Lyricorum*  
*Principis effatum:*

Naturâ fieret Laudabile carmen, an  
arte,

Quæsitum est: ego nec studium si-  
nè divite venâ,

Nec rude quid profero video ingeni-  
um; alterius sic

Altera poscit opem res, & conjurat  
amicè?

PARADOXVM I. *Perfecti alia-*  
*rum quarumcunq; scientia-*  
*rum actus absq; Logicâ sunt*  
*imperfecti.*



**PROBLEMA II.** *An Tytirus coram Menalca Judice arguens Coridonem simili argumentatione;*

Qui depascitur alienos agros debet pendere mulctam vel in ære, vel in pelle? sed Coridon est depastus meos agros, ergo pendere debet Mulctam si non in ære, at saltem in pelle:

*Formaverit bonum syllogismum juxta artificialem Logicam?*

**PARADOXVM II.** *Logica Sophistica operatur sine Sophismate, & Topica, opinionem solum generans, infallibilis est, & scientifica.*







V I.

*ENTIS COGNOSCIBI-  
LIS IDENTITAS ET  
DISTINCTIO.*



Uodvis Ens esse idem secum ipso & ab alio quolibet distinctum, quod idem secum non est, est infallibile Philosophiæ Peripateticæ principium: esse autem idem habetur tanquam per formam, seù potius Metaphysicam Entis cujusvis proprietatem, quam Identitatem nuncupamus; non secus quam esse distinctum habeatur per ipsam formalitèr Distinctionem. Utriusquè tam Identitatis scilicèt, quam Distinctio-



nis variæ sunt species; quarum cognitionem defervire plurimum notitiæ entis cognoscibilis Singularis, & Universalis, imò plurimarum in Philosophia, reliquisque scientijs difficultatum, nobis est certum; tametsi non defint, qui existimant, Identitatem præsertim, nihil ad scientificas entis cognoscibilis cognitiones conducere, utpotè quæ indefinibilis ipsa ijs videatur, & quod hinc consequitur, de ea scientifica aliqua notitia dari non possit; cujus opinionis authoribus, nec absque fundamento, non adstipulamur; sicut nec illis, qui tentantes definire Identitatem dicunt, aliud eam non esse formalitèr, quàm ipsam unitatem; adeoque



que consistere essentialitèr in ipsa negatione : Imò

Nec alijs, qui opinantur Identitatem esse id, quod fundat propositionem affirmativam veram, & negativam falsam: sed neque illorum arridet placitum, qui docent illam esse summam formalitèr duorum conceptuum objectivorum ad invicem in existendo, seu communicationem, seu inseparabilitatem. Quin nec illa nobis probatur sententia, quæ asserit Identitatem consistere realitèr in quadam carentia relationis excessûs, vi cuius duo dicuntur idem esse realitèr, quandò nempe ambo simul sumpta, non excedunt perfectione intrinsecâ alterutrum. Verùm



Identitas realis intrinsecè,  
& essentialitèr est formalis illa  
ratio per quam aliquid realitèr  
constituitur in esse hujus, seu  
suimetipfius, & ratione cujus,  
id quod idem dicitur, non est  
à se ipso distinctum, vel diver-  
sum. Quo philosophandi mo-  
do, & proportione servatâ, di-  
ceremus, Identitatem forma-  
lem oppositam Distinctioni  
ex natura rei, & Virtualem cō-  
trariam virtuali intrinsecæ di-  
stinctioni (si hujusmodi Di-  
stinctiones in creatis daren-  
tur) nihil esse aliud, quam i-  
psam objecti simplicem ali-  
quam formalitatem, ratione  
cujus terminare nequiret ob-  
jectivè nisi prædicatum uni-  
cum essentialiale: quæ incapaci-  
tas proveniret indè quod hu-



jusmodi seu ex natura rei, seu virtualis intrinseca formalitas, in qua reperiretur talis identitas, essentialitèr excluderet pluralitatem formalitatum, seu virtualitatum ob limitatissimam sui perfectionem.

Eâdem servatâ Analogiâ sentimus de Identitate rationis, Distinctioni, quam rationis ratiocinatæ dicunt, positivè contrariè, non contradictoriè, oppositâ. Illa formalitèr est realis ipse actus intellectûs intellectui repræsentans unum aliquod prædicatum rationis ità, ut vi talis cognitionis Potentia intelligens in nullius alterius, vel formalitatis, vel perfectionis cognitionem formalitèr deveniat. Ex quo formali conceptu I-  
denti-



identitatis rationis non bene quis inferet, Præcisionem rationis esse idem omninò cum ipsa rationis Identitate ; cognitio siquidem quâ cognoscitur una formalitas , prout excludens plures cognitiones representativas aliarum formalitatum (quæ fortè intrà eandem virtualitatem excogitari possunt ) est formalissima rationis Identitas ; cujusmodi minimè est eadem cognitio considerata , prout præscindens unam ab altera virtualitatem. At de abstrusissima Identitatis hujus essentia hæc obiter attigisse sit satis. Porro illi contraria

Distinctio , cujus nomine propriè , & strictè loquendo , non venit , aut Divisio ,



aut Differentia, aut Diversitas, sed ratio quædam, ac proprietas consequens immediatè ens quodvis, vi cuius quidlibet cum quolibet identitatem inire nequit. Quam rationem, seu immediatam entis cuiuslibet proprietatem, censemus in primis non esse formalitèr aliquam negationem; multò minùs essentialitèr consistere in negativa aliqua ratione, licèt utroque modo, quò ad nostrum concipiendi modum benè explicetur: non item formalitèr consistit in reali aliqua diversitatis relatione prædicamentali; neque etiam est aut modus aliquis, aut absoluta qualitas, sive actio, quæ intercedat inter producentem, & productum; non etiam Di-

stin-



Distinctio est entitas & entitas, seu ipsa realis entitatum multiplicitas; sicut neq; est ipsa formalis connotatio, quã unum ens alterum connotat; nec demum recessus quidam ab Identitate; sed formalitèr

Realis Distinctio est ipsa realis Negabilitas in recto fundata in essentiali exigentia prædicatorum essentialium, vi cujus talis essentia, aut natura, v. g. Alexandri, essentialitèr nunquam identificari potest, potestque naturæ, essentiæve Bucephali. Nec per hunc formalem Distinctionis realis conceptum, aut ex Philosophia eliminamus, receptissimum illud: per illud aliquid distinguitur per quod essentialitèr constituitur; aut alterum vul-



gare, ac tritum : Per illud res ab alio distinguitur, per quod ab alio differt ; aut demum tertium usitatissimum : quod est ultimò constitutivum cujuscunq̄ue, est primò cujuscunq̄ue distinctivum.

Sic statuta essentia formalitèr realis Distinctionis multiplicitèr dividitur : & rectè imprimis in Positivam, & Negativam : illam dicimus Negabilitatem unius entis positivi de alio vel realitèr existente, vel possibili : hanc verò eam existimamus, vi cujus formalitèr negare possumus negationem aliquam vel actualem, vel possibilem, vel etiam impossibilem, esse aliam. Positiva verò rursùs subdividitur in eam quam simpliciter, seu majoris

ris



ris realitatis dicunt, & in illam, quam Modalem, seu secundum quid, aut minoris realitatis appellant: per illam distinguuntur substantiæ, & illa omnia accidentia, quæ saltem divinitus, ac supernaturaliter separari possunt à re, quam afficiunt, seu cui intrinsicè inhærent; prout contingere videmus accidētibus Eucharisticis, quæ in Venerabili Sacramento separata existunt à substantijs panis, & vini, quas prius intrinsicè, licet non essentialiter, afficiebant. Per distinctionem verò minoris realitatis distingui solent Modi, seu entitates quædam ita alicui subjecto, quod modificatum dicitur, affixæ, ut nec divinitus ab illo separatas con-



servari posse communiter existiment; Motus item, per quos res moventur; Qualitates motivæ impressæ; Superficies; Figuræ, aliaque plura inseparabilia hujusmodi accidentia.

Positiva realis distinctio (quod idem proportionaliter dictum volumus de Negativa) rursus subdividitur in Adequatam & in Inadequatam, seu Includentis, & Inclusi: Adequata est mutua negabilitas inter duos terminos, qui nullam habent partem communem realiter, cujusmodi sunt Creator, & Creatura, Michaël, & Gabriel, Alexander, & Bucephalus; cæteraq; entia seu existētia, seu etiam possibilia à se invicem, in natura, & entitate realiter discreta. Inadequata verò est



mutua item negabilitas, vel primò inter totum, & partes suas seorsim sumptas; vel secundò inter duo, quæ licèt habeant aliquas partes adæquatè distinctas, habent etiam simul unam, vel plures communes, uti contingit in ligno tripalmarum, in quo, si sumas duos palmos, quilibet ab altero distinguetur, ità tamen ut semper tertium retineant comunem: quod etiam usuvenit de factò in accidentalibus quibusdam concretis, in quibus plures formæ accidentales reperiuntur, veluti in faccaro, & lacte albedo, & dulcedo; & de possibili accideret (in hypothese omninò possibili) compositis substantialibus: si scilicèt eadem materia pluribus



formis, seu materialibus, seu etiam spiritualibus divinitus informaretur. Ex quibus

Deduci posse non incongruè opinamur 1. Ad hoc ut unum ens realitèr dicatur, & sit distinctum ab alio, non requiri actualem utriusq; existentiam; ideòq; Deus ab æterno actu realitèr fuit distinctus ab omni, quod quomodolibet participat rationem entis creati. 2. Signum & Infallibile indicium realis hujus distinctionis inter entia esse separabilitatem, adeòq; quotiès unum existere potest realitèr separatim ab altero, totiès realitèr & est, & dici debet ab alio distinctum: cui certo distinctionis signo non obest, quod convertibile non sit cum ipsâ  
di-



distinctione, ita ut omnino  
veritati sit dissonum illud:  
quæcunq; distincta sunt reali-  
ter, sunt etiam realiter sepa-  
rabilia: nec etiam illud; quod  
non implicare videantur duo  
entia realia, quæ sint inter se  
adeo connexa essentialiter, ut  
si unum pereat, interire etiam  
debeat alterum essentialiter, &  
per locum intrinsecum: neq;  
item quod aliquid esse possit in  
diversis locis, aut subjectis:  
nec rursus, quod quibusdam  
entibus ante omnem opera-  
tionem intellectualem conve-  
nire videantur duo contradi-  
ctoria: imò neq; relatio pro-  
ducentis, & producti arguere  
semper potest inter entia rea-  
li realem distinctiōnem. Qui-  
bus non obstantibus



Censemus adhuc, præter jam assignatum, certa distinctionis realis signa esse 1. Diversitatem suppositorum, seu diversas naturas per se subsistentes. 2. Connaturalem inessentialiam, seu inhærentiam diversis suppositis, aut subjectis, prout evidentè indicat albedo lactis, & albedo nivis, inter se realitè distinctis. 3. Diversitatem modi, quo quædam inhærent, aut insunt eidem subjecto, ut calor & color in eodem homine. Quod si ex assignatis distinctionis signis, & præcipuè ex primo quis quærat, an è converso summa inseparabilitas seu in ordine ad tempus, vi cujus ità duo inter se connexa essent, ut unum nullo modo posset existere

pro



pro aliquo tempore, nisi simul eidem pro eodem coëxisteret aliud : seu in ordine ad locum ità ut implicaret illa esse absq; eo, quod non existerent penetrata ; seu in ordine ad idem subjectum ità, ut non solùm exigerent esse eodem tempore, & loco, sed etiam in eadem parte omninò subjecti ejusdē; seu demum in ordine ad mutuam sibi intrinsecam, eamq; omnimodam perfectionum communicationem, vi cujus duo ità inter se essent constituta, ut utrumq; ex essentiâ suâ haberet communicare alteri omnes suas perfectiones indefinentèr ; an inquam, talis inseparabilitas sufficiens esset realis identitatis indicium? Ad quod quæsitum responsum



negativum longè nobis videtur probabilius.

His sic statutis de Identitate, & Distinctione Reali, de Formali, seu ex natura rei, quam Scotisticam, à subtilissimo ipsius Authore, denominant, quæque in eo consistit, quod prædicata aliqua rebus ipsis intrinseca juxtà naturam & exigentiam suam essentialem considerata fundare videntur capacitatem nemine cogitante terminandi prædicata formalia de se cæteroque contradictoria; deque Virtuali Intrinsecâ (cujus nomine intelligitur distinctio illa, quæ orta ex conjunctione plurium prædicatorum, & perfectionum per identitatem in aliqua entitate vel natura, efficit



cit, ut eadem virtutem habeat præstandi, quod aliæ realitèr distinctæ entitates præstarent; sic idem sol v. g. illuminat, ignefacit, exsiccat, liquefacit, indurat, rarefacit, calefacit, excoquit, &c. & idem homò ratiocinatur, sentit, vegetatur, vult, recordatur, intelligit ob intrinsecam suam essentialem virtutem, vi cujus æquivalens pluribus realitèr inter se distinctis intrinsecam dicitur habere aptitudinem ad prædicata de se aliàs contradictoria, verificanda) de his, inquam, distinctionibus sic videtur nobis tenendum: eas de facto in nullo ente creato reperiri, nullamq; illarum esse necessitatem in Philosophia; in quam, ijs, inyectis, invehe-

ren-



rentur simul plurima, quæ statutos Philosophis limites longè excedunt. Quo tamen non obstante

Absolutè , & in alio rerum ordine , ac philosophandi methodo , censemus etiam in creatis illas esse dabiles ; siquidem implicantiæ, quas quidam adferunt , desumptæ 1. Ex finitate, & limitatione entis creati. 2. Ex eo quod admitti deberet creatura quæ esset una in natura , & trina in personis , adeòq; quod creata aliqua Trinitas dabilis foret. 3. Quod syllogism<sup>9</sup> in bonâ formâ nihil cōcluderet. 4. Quod de eadem re realitèr indivisibili verificarentur contradictoria , non solùm extrinseca, qualia sunt cognosci , & non



cognosci, sed etiam intrinseca, qualia essent cognoscere, & non cognoscere. 5. Quod concedendus esset in formalitatibus, & virtualitatibus processus in infinitum; imò quod ens quodlibet talium distinctio-  
num capax, constare deberet infinitis actu virtualiter intrinsecè, seu formaliter ex natura rei perfectionibus distinctis. 6. Quod duo actus contradictorij assensus v.g. & dissensus, amor & odium ejusdem de eodem simul existere possent in eodem intellectu, aut voluntate. 7. Quod sic videretur posse defendi animam rationalem non esse simpliciter immortalem, sed secundum quod esset sensitiva, esse generabilem, & corruptibilem;



lem ; ingenerabilem verò , & incorruptibilem , secundum quod esset rationalis. 8. Quod posset simul esse privatio & forma , peccatum , & gratia connaturalitèr in eodem subjecto. 9. Quod posset esse idem homo secundum animalitatem in inferno , & secundum rationalitatem in cœlo , aliæque hujusmodi plures implicantiæ , & absurda , quibus eliminantur ex Philosophia Formalis ex natura rei , & Virtualis intrinseca distinctio de facto , possibili nihil prorsus efficiunt. Porro

Virtualem extrinsecam , seu ratiõis ratiocinatæ Distinctionem in creatis defacto dari , nemini sapientum esse potest dubium , sicut & Distinctio-



tionem rationis ratiocinan-  
tis, quam quidam solius con-  
ceptus appellat geminatio-  
nem. Hæc est quæ ex parte  
objecti nullum sui habet fun-  
damentum, sed in vocibus so-  
lum, aut signis ex hominum  
placito institutis; undè licèt  
interdùm, non tamen semper  
est necessariò aliquod fictiti-  
um ens rationis: illa verò ta-  
lis est, vi cujus intellectus cum  
fundamento in re cognoscens,  
v. g. Alexandrum, & Buce-  
phalum producere sensatio-  
nes, enuntiat Alexandrum esse  
similem Bucephalo; cogno-  
scens verò Alexandrum etiam  
discurrere, quod Bucephalus  
non præstat, dicit Alexandrum  
Bucephalo dissimilem, sicque  
esse simile, & dissimile distin-  
guit



guit intellectus in Alexandro; quemadmodum etiam in eodem, dum considerat operationes animales, & operationes rationales, concipit eundem Alexandrum in ordine ad sensationes ut, animal, & in ordine ad discursum, ut rationalem, quorum conceptuum distinctivorum in re fundamentum intellectus nanciscitur.

Præter has sic explicatas distinctiones dantur & aliæ, quas Præcisiones objectivo-intentionales appellamus, quarum nomine aliud non intelligimus, quam quod intellectus eandem rem realitèr indivisibilem, ita formali unâ cognitione attingit secundùm unam formalitatem, ut eandem non attingat secundùm aliam



liam cum eâdem realitèr identificatam ; & hoc ratione specierum intellectualium , in quibus repræsentatur talis perfectio , absque eo , quod in eadem specie formata ab Intellectu Agente repræsentetur alia formalitas , aut perfectio , eidem aliàs in statu reali identificata : quod nobis ad oculum fit manifestum in speciebus ab objecto transmissis in visivam potentiam , vi quarum quandò hominem procul distantem , sesequè , moventem quis cernit nescius an homo sit , aut aliud animal , cognoscit per abstractam speciem animalis ibi esse animal , & non cognoscit esse rationale , cum hujus nullam habeat speciem ; cujus rei signum est , quod intelle-



telleetus cognoscens certifica-  
 ri nequeat, & rationem red-  
 dere de cognito rationali, pro-  
 ut eam reddere potest de co-  
 gnito animali; adeòque ani-  
 malitatem præcisè cognoscit  
 in suo esse intentionali, absq̃;  
 eo, quod vel confusè, ut vo-  
 lunt Nominales, rationale co-  
 gnoscat; nec tamen, ut pla-  
 cet Thomistis, ideò præcisio  
 aliqua in objecto, ut est à par-  
 te rei simpliciter, consurgat.

Nec obstat huic nostro  
 placito, sive quod non minùs  
 contradictoriè opponatur co-  
 gnosci, & non cognosci, re-  
 spondere, & non respondere  
 ex parte objecti, quam existe-  
 re, & non existere, produci,  
 & non produci connaturaliter  
 loquendo; sive quod particula,



*non*, cadens super verbum, jux-  
tà Summulisticas Leges, neget  
id, quod per illud fuerat affir-  
matum : sive quod talis præci-  
sio fit intentionalis separatio  
unius prædicati ab altero, &  
consequentèr distinctio ratio-  
nis : sive quod cognitio ter-  
minetur ad objectum prout  
est à parte rei ; sive quod prius-  
quam cognoscatur animal v.g.  
non habeat ex parte suâ ali-  
quid, per quod formâlitér sit  
aliud à rationali ; sive demùm  
quod videantur præterIntelle-  
ctum, etiam aliæ Potentiæ, &  
præsertim Sensitivæ potentes  
facere has nostras objectivo-  
intentionales Præcisiones. Un-  
dè ex dictis patebit facile solu-  
tio sequentium Problematum,  
& Paradoxorum.



**PROBLEMA I.** *An si formalis ex Natura rei, vel Virtualis intrinseca distinctio in Creato aliquo ente de facto admitti deberet, illud esset AUGUSTISSIMUS LEOPOLDUS, in quem, à Virtute, & Naturâ omnes Augustissimorum Antenatorum dotes collata cernuntur?*

**PARADOXVM I.** *AUGUSTIS. LEOPOLDUM fuisse Grecij, manente SERENISS. CAROLO JOSEPHO Vienna, non arguit eorundem ab invicem distinctionem.*

**PROBLEMA II.** *An summa cõceptuum, & volitionũ communicatio in duobus AUGUSTISS. & SERENISS. LEOPOLDIS, eorundem arguat identitatem?*

PARA-



PARADOXVM II. *Precisio,*  
*quâ cognosceretur Humãitas*  
SERENISSIMI CAROLI  
JOSEPHI *absque ejusdem*  
*Amabilitate, nec objectiva*  
*esset, nec intentionalis.*



V I I.

ENS COGNOSCIBILE  
SINGULARE.



ntis Singula-  
ris nomine illud  
venit, quod ita  
est simpliciter  
unum, ut pluribus communi-  
cari nequeat tanquam sibi æ-  
qualibus, aut inferioribus:  
undè etiam dicitur Individu-  
um, Universali ipsi oppositum,  
quod ita unum est, ut pluribus  
inferioribus, ut infra dicemus,

E aptum



aptum sit communicari: eâ autem ratione, nec immeritò, Singulare, & Universale opponi dicuntur, quò ad rem significatam, quâ ens Divisibile, & Indivisibile; siquidem velut rationalis anima est unū quid indivisibilitèr, & organicum hominis corpus unum divisibilitèr, ità Universale est unum aliquod communicabilitèr, Singulare verò quodpiam unū incommunicabilitèr. Porrò

Contrá antiquorum deliria dari entia Singularia in natura rerum, nemo sanæ mentis compos inficiari potest: illa duplicitèr considerari à nobis solent, vel scilicèt primò intentionalitèr, hoc est secundùm id, quod sunt, & habent à parte rei, & secundò intèntionalitèr,



litèr, videlicèt secundùm id, quod sunt, & habèt per intellectũ. De illo, priori modo accepto, tria considerantur à Logico ; primò nimirùm reale illud positivum intrinsecum, & proprium, per quod constituitur in ratione entis talis, quod varijs sinonymis dici cõsuevit, Singularitas, Individuatio, Taleitas, Ultima differentia, Hæcceitas. Alterum, quod de Individuo perpendi solet, sunt accidentia illa, & proprietates, quæ in eo reperiuntur ratione ipsius Singularitatis, quam ut proprietates consequuntur ; quales sunt statura, temperamentum, symmetria, pulchritudo, color, lineamenta, aliæque hujusmodi plures ; & demùm ter-



tiò illius attributa, quorum præcipuum est Unitas consequens entis ipsius Singularis essentiam.

Definiri solet ens Singulare, esse illud, cujus collectio proprietatum in nullo alio reperitur: quæ definitio, tametsi quidditativa non sit, est tamen universim vera, & nunquam, ac nusquam falsitati obnoxia. Nec obstat assertioni nostræ vel quod duæ ranæ, v. g. ejusdem coloris, formæ, & figuræ, eodem loco, & tempore productæ, atque ex eadem telluris putrefactione, ejusdem naturæ, ejusdemque nominis, & quoad omnes extrinsecas proprietates similes esse possint; vel quod duæ, pluresve partes seu aquæ, seu ignis, seu



seu auri, seu mercurij in cunctis accidentibus multoties conveniant: vel quod duo pretiosi lapilli, quin etiam duo homines, subindè reperiantur tantam habentes accidentium omnium consensionem, ut etiam expertissimi eos ab invicem discernere nequeant; vel demùm, quod fortè defactò dentur Angeli intrà eandem speciem infimam, qui sint per omnia similes, cum discerni nequeant per formam, figuram, colorem, complexionem, &c. quorum sunt expertes; non etiam per locum, siquidem ex natura sua, & extrà miraculum penetrari possunt; non tempore, quippè quos Deus initio temporis simul condidit; non nomine, cum



illis nullum sit inditum : non genere, utpotè quod ducunt à solo Deo; non demùm Patriâ, quibus nimirùm una Cœlum est. Quia verò diximus datam definitionē Singularis quidditativam non esse, ideò

Per essentialia prædicata comòdè sic illud definiri posse arbitramur: Ens Singulare est entitas differentiam habens intrinsecam numericam, nulli alteri communicabilem. Dividitur sic definitum in Singulare Completum, & Incompletum, Vagum & Determinatum. Nomine Completi id intelligimus, quod habet completam adæquatè essentiam, quale est, hic homo : Incompleti verò, quod inadæquatè tantum, ut, hoc animal, in  
quo



quo non elucet, an homo sit, vel equus, vel alia bellua: nomine autem Individui Vagi id intelligimus, quod per syn-  
categorema, aliquis, nonne-  
mo, aliumve similem termi-  
num indicatur: Determinati  
demum, quod demonstrativo  
aliquo pronomine enuntia-  
tur, ut hic Ephœbus, iste Co-  
mes, ille Princeps.

Cognitionem entis Singu-  
laris substantialis absque acci-  
dentibus actualibus prius co-  
gnitis, & sui species ingeren-  
tibus cognoscitivæ potentiæ  
haberi cōnaturalitèr non pos-  
se, probabilius existimamus.  
Habitâ autem femel hâc, de-  
pendentèr à sensibilibus acci-  
dentibus entium individuo-  
rum cognitione, an abstrahi



ab ijs, quatenus talia sunt, ratio aliqua possit perfectè præcisa, quæ illis competat ratione individualis differentia, non levis est inter Logicos disceptatio: quos ut aliquomodo conciliemus, sic videtur nobis esse progrediendum; videlicet abstrahi non posse rationem ultimam Individui per quam constituitur Individuum perfectè, & completè; posse nihilominus præscindi rationem aliquam imperfectam, per quam, æquivocè quasi, Individuum reddatur prædicabile suo modo de pluribus, v.g. Lilio, Gemma, Carolo, Josepho, &c. in quibus propositionibus, prædicatum individuum significaret, quod res  
illa



illa per suam individuationem distinguatur à reliquis omnibus, quæ ipsa non sunt; undè dici non posse prædicationem talem in rigore esse Universalis de suis inferioribus suadet illa aliqualis pluralitas, quæ relucet ex parte prædicati. Huic autem nostræ conciliationi

Non obest quod differentiarum, quatenus sunt differentiarum, in hoc conveniant, quod differre faciant, & dissimilitudines non dissimiles sint in ratione ipsa dissimilitudinis; nec etiam quod quodlibet individuum differre debeat à singulis quæ non sunt ipsum; aut demùm, quod tam Alexander dicatur Bucephalo dissimilis, quam Bucephalus Alexandro, adeoque in ea ipsa ratione, quâ



disconveniunt perfectè con-  
 veniant. Undè liquet, negan-  
 tes dari posse conceptum com-  
 munem individuationis intel-  
 ligendos esse de conceptu ulti-  
 mæ individuationis, & singu-  
 laritatis; sicut è contrà illum  
 adstruentes, loqui de conce-  
 ptu imperfecto, & non ulti-  
 mato singularium differentia-  
 rum. Et quia

Suprà diximus unitatem  
 numericam esse attributum  
 quoddam, ac proprietatem cō-  
 sequentem ad ipsum esse entis  
 Singularis, idcirco, quidnā il-  
 la sit, hīc est statuendum: in  
 quo nobis aliud non videtur  
 esse illa, quam talis quædam  
 formalis ratio, per quam quod-  
 vis individuum est, & dicitur  
 unum, nullamque secum pati-  
 tur



tur in eadem ratione divisionem : ac propterea unum , quod ex habente , & unitate concrefcit, rectè definitur communiter : unum est indivifum in fe , & divifum à quolibet alio : ly autem indivifum non ità fumimus , ac fi omnino careret partibus , fed fic, quod partes habens, indivifum tamen actu fit in tales partes : ut fit manifeflum in humano v.g. composito, quod unum est confans rationali animâ, & organico corpore inter fe fubftantiali unione connexis, in quas partes divifum de facto minimè est, tametsi in eas fit actu divifibile. Quod idem dicendum , de quacunq; re alia, quæ fivè intrinsecè, fivè etiam extrinsecè est & de-



nominatur una : quo modo plures Arithmeticæ unitates faciunt unum numerum, per actum nempe collectivè eas sumentem, per quem tales unitates habent inter se unitatem quandam extrinsecam, quam, non incongruè, aggregationis appellamus. Ex quo rectè deducimus, ly indivisum in se, adhuc sic posse, quin debere intelligi, ut scilicèt significet, quod quâ tale dividi non possit in plura, quale est ipsum: Sic Alexander nequit dividi in plures Alexandros, nec numerus quaternarius in plures quaternarios, tametsi dividi possit, & ille in animam, & corpus, & iste in duos binarios, rursusq; binarius quilibet in duas unitates. Porro



Unitas formalitèr , licèt quóád modum significandi indivisio dicatur , adeòque censeatur à non paucis esse quid negativum , quóád rem tamen significatam essentialitèr consistit in aliquo positivo, non quidem realitèr , aut ex natura rei distincto ab entitate , cujus est unitas , seu proprietas , sed solùm per rationem nostram ratiocinatam. Non superaddit proindè entitati , quam consequitur, realitatem aliquam aut positivam, aut negativam , ut nonnulli censuère , sed solùm Metaphysicam aliquam formalitatē ratione itèm nostrâ distinctam. Convenit illa propriè omni individuo, etiam Vago ; quod individuum dari à partè rei,



probabile esse videtur, siquidem nemo sapiens negaverit veram esse hanc propositionem: aliquis homo v.g. à parte rei currit, aliquis studet, aliquis ludit. Nec obest 1. quod quidquid à parte rei est nemine cogitante videatur esse certum, & determinatum. Nec 2. quod individuum Vagum esse videatur formaliter tantum in intellectu disjunctivè, & vagè rem concipiente, aut judicante. Nec 3. quod hinc videatur sequi, quandò in vere v.g. ex putri producitur prima rana, ejus causam efficientem fore aliquam ranam vagam, cum per hanc omnia videantur posse saluari, quæcunq; ad talem productionem requirerentur. Nec demum 4. quod Deus il-

lud



Iud cognoscere non posset, eò quod Deus nequeat rem aliquam vagè, & indeterminatè cognoscere, utpotè qui modus cognoscendi valdè sit imperfectus, adeòq; Deo minimè tribuendus.. Ex quibus Problemata, & Paradoxa sequentia solvèda proponimus.

PROBLEMA I. *An connaturalitè dari possint duo Principes ejusdem omnino ætatis, iisdem parentibus, eodemq; loco nati, ejusdem quantitatis, mensuræ, nominis, faciei, ingenij, ac indolis, ita ut nullum assignabile sit sensibile discrimen quo ab invicem discerni possint?*

PARADOXVM I. *Qui Turcicam evertet Monarchiam est de facto Austriacum aliquod*



112 *Ens Cognosc. Singulare.*

*quod, nemine cogitante, Individuum.*

PROBLEMA II. *An omnia Singularis entis attributa ritè comprehendantur duobus illis versiculis:*

Forma, Figura, Locus, Tempus, cum  
Nomine, Sanguis,  
Patria, sunt septem, quæ non habet  
unus, & alter?

PARADOXVM II. *Singularissima Austriacorum Principum, in Deum, ac Divos Pietas non est singularis.*







V I I I.

*ENS COGNOSCIBI-  
LE UNIVER-  
SALE.*

**N**omine En-  
tis Universalis,  
Singulari enti  
contrariè op-  
positi, latissimèq; sumpti, illud  
venit, quod est unum multa  
complectens; quâ in acce-  
ptione comprehendit, tum  
quidquid vi propriæ essentia  
cuncta continet, cujusmodi  
ens Deus est, qui eminentè  
habet, absq; ulla imperfectio-  
ne, omnes perfectiones; &  
intellectus ille foret, si dare-  
tur, quem Averroës erroneè  
dixit



dixit reperiri de facto in rebus omnibus subsistentem ; sicut & anima illa , si esset , quam Platonici animam Mundi indigitârunt ; tum quidquid aptum natum est plures , & diversos effectus producere , qualia sunt Deus ipse , Cœlum , Sol , Sydera , aliaq̃ ; hujusmodi , absq̃ ; quorum Influxu Sublunaria omnia cōnaturalitèr perirent , ac deficerent : tum quidquid est significativum , aut repræsentativum plurium , cujusmodi sunt , juxtâ probabilem Theologorum sententiam species impressæ Angelorum , quæ in se indistinctæ , distinctè tamen plura , quâ talia , Angelico intellectui repræsentant ; & in humanis quædam voces , ac signa plu-



plurium significativa ; ac in natura, portenta quæpiam, ut Cometæ , terræmotus, exundationes aquarum insolitæ, aliâq; plura, communiter imminentes miseras humano generi portendentia. Verùm tales Universalis entis acceptiones impropriæ sunt, & nullatenus Logici instituti. Ac proindè intrâ Logicales limites sistendo

Presè, & propriè nomine entis Universalis intelligimus id quod in essendo, & prædicando pluribus convenit. Hujusmodi dari seu formalitèr per intellectum, & in esse intentionali, seu fundamentalitèr à parte rei, infallibile est Peripateticæ Philosophiæ dogma, quidquid contrâ  
cla-



clament Neotherici quidam, arguentes Aristotelem contradictionis, eò quod, 3. & 4. *Metaphysices*, 3. item *Physicorum*, ac alibi passim hujusmodi universale adstruxerit, quod tamen lib. 1. de demonstratione cap. 8. & 1. de posteriori resolutione cap. 19. rursusquè 7. *Met.* cap. 13. apertè negat, aiens: Genera & Species substantiarum nihil esse: quibus adstipulari videntur Nominales quidam, qui Universalia aliud nihil esse opinantur, præter puras, meraeq; voces, sicut etiam aliqui Thomistæ, & nonnulli Peripatetici recentiores, qui universale asserunt esse purum, ac in rigore ens fictitium rationis. Neq; ideò



Assentimur illorum placitis, qui existimant Universale dari à parte rei realitèr à singularibus separatum, seu Idæas quasdam, discretasque ab omni materiâ substantias, æternas, incorruptibiles, independentes à loco, tempore, cæterisque circumstantiis enti Singulari propriis, per quarum deindè participationem fiant, ac producantur ipsa Individua. Quam opinionem non abs re censemus esse chymericum, & omninò impossibile figmentum; quod tamen, estò per possibile, vel impossibile daretur, implicaret adhuc illud esse in essendo, aut prædicando Universale.

Nec etiam probabilem existimamus sententiam illam de  
facto



facto loquendo, quæ subtilissimo Scoto attribuitur, oppositam è diametro præcedenti, quâ docetur Universalia formalitèr dari in ipsis singularibus inclusa, independentèr ab omni operatione intellectûs; quamvis, si loquamur absolutè, & respectu alicujus possibilis rerum ordinis, nullam illa videatur involuere repugnantiam. Neque item illa de Universalis à parte rei essentia arridet opinio, quam inter præcedentes duas, mediam excogitavit ingeniosus Fonseca asserens, Universalia independentèr ab operatione intellectûs dari à parte rei antè singularia in statu rerum possibilium; imò tametsi daretur natura in statu possibilitatis indiffe-



differens, ut contrahatur per hanc, vel illam differentiam, adhuc tamen quâ talis, nullatenus foret Universalis. Insuper

Nec sustineri posse arbitramur quorundam sententiam existimantium, saltem de absoluta DEI potentia, possibilem esse naturam aliquam creatam Universalem realitèr, & identicè unam, multiplicatam tamen realitèr in pluribus naturis realitèr distinctis. Sed neque sequeretur necessariò Universale in creatis, ex suppositione probabilis suprâ positæ sententiæ, de possibilitate Distinctionum in creaturis seu Formalis ex naturâ rei, seu Virtualis intrinsecæ in alio rerum ordine. Multò minùs  
ad-



adstrui posse putamus de facto dari à parte rei Universale quoddam negativum, à Cajetano excogitatum, in natura de se non repugnante contrahi per quamlibet aliam singularitatem, estò sic contrahi non sit positivè apta. Miraculosa quoq; replicatio seu ejusdem formæ in pluribus subjectis, seu ejusdem compositi in diversis, imò & in singulis, orbis partibus, nullo pacto inferret Universale, de quo agimus, à parte rei. Sed neque sententia illa subsistere potest, (estò suppositum cui inñitur, verum foret) quam tenent ingeniosi quidam recentiores asserentes: Universale actu dari formalitèr à parte rei ex eo, quod de facto creaturæ omnes

unum



unum quid simplicissimum in Omnipotentia Dei sint, multiplices autem in se ipsis. Sed nec illa demùm quorundam opinio apud nos locum habet, docentium, vi similitudinis & convenientiæ omnia individua alicujus naturæ per prædicamentalem relationem in unum còacta, constituere à parte rei & independentèr ab operatione intellectûs, *Universale*. Quare

Rejectis aliorum placitis, ut demùm, quid nobis sit tenendum de essentia entis *Universalis*, statuamus, firmissimum illud pro basi nostræ sententiæ constituimus *Principium*: Illa sunt cujuscunq; rei essentialia constitutiva, quibus solis positis, &

F                      sub-



sublatis quibuscunq; alijs intrinsecè, & formalitè res ponitur, & quibus sublatis, manentibus alijs quibuscunque, res illa formalitè, & per locum intrinsecum tollitur. Quo jacto fundamento superstruètes dicimus: naturam, quæ nemine cogitante in pluribus individuis est numero diversa, ac simpliciter multiplex, & singularis, fieri Universalem per operationem practicam intellectûs illam à singularibus abstrahentem, & individuis differentijs spoliantem; cujus actûs practicè præscindentis objectum proximum, & immediatum est sola natura intentionalitè objectivè præcisa in sua specie repræsentata: in quâ, quatenus per abstra-

ctio.



tionem effecta est proxima  
radix, & Principium Unitatis,  
& Aptitudinis, reliquarumq;  
proprietas, quæ enti Uni-  
versali debentur, essentia entis  
Universalis formalitèr, intrin-  
secè & essentialitèr consistit.  
Et hinc rectè

Inferimus Unitatem, & A-  
ptitudinem, quomodocunq;  
sumantur, seu scilicèt pro Uni-  
tate, & Aptitudine intrinseca,  
ac convertibili cum essentia,  
seu pro denominatione ex-  
trinseca proveniente ab actu  
intellectus cognoscentis natu-  
ram Universalem, non esse  
formalitèr de essentia, aut pri-  
mo quidditativo conceptu en-  
tis Universalis. Quaproptèr  
sicut Unitas, à qua natura U-  
niversalis denominatur una nō  
F 2 est



est Unitas aliqua ficta consistens in negatione differentiarum inferiorum, quæ in natura abstracta concipiatur ab intellectu; neque etiam Unitas aliqua, quam vocant cognitionis, & extrinsecam; sed est ipsa Unitas intrinseca, seu essentialis proprietas, ratione distincta tam ab individuali, quam à præcisa natura in esse intentionali sumpta, quamque consequitur, ut essentiam suam proprietas; ita Aptitudo à qua Universalis natura denominatur apta, non est Aptitudo aliqua ficta, aut merè extrinseca, & cognitionis, consistens in relatione quadam rationis, per quam natura abstracta, reflexè comparetur cum individuis, in quibus potest



test reperiri : vel in negatione individuorum reflexè concepta in eadem natura, per quam fiat multis communis; sed omninò intrinseca, quam natura præcisa in se proprie habet posito actu spoliante illam individuis, quo fit Aptitudo unius naturæ simpliciter, adeoq; propria naturæ Universalis. Ex quo rursus

Colligimus naturam in specie sua immultiplicabilem, qualis est natura Divina, & fortè etiam Angelica (si præsertim vera sit Thomistarum sententia docentiũ, Angelum quemvis differre ab altero Angelo specie) non posse fieri Universalem specificè, per cognitionem præcisivam merè tendentem in illam; & quidem



à natura Divina rationem aliquam propriè Universalem abstrahere, probabilius videtur implicare : à natura verò Angelica specie solùm multiplicabili, in posita hypothesi, genericum Universale præscindi posse, nulla ratio dissuadet: ab unico autem individuo ratio aliqua si abstrahi queat, probabilius nobis est eam non fore universalem, sed ex parte objecti præcisi esse purè singularem ; ex parte verò actûs abstrahentis an negativè, & intrinsecè dici possit Universalis, quæstio est de mero nomine. Porro ex dictis

Cum evidens sit Ens Universalis non esse aliquod ens à se, uti nonnulli falsò opinati sunt, sed ens quoddam Metaphysi-



physicum, & quidem non omninò simplex, sed compositum, seu concretum, imò propriè loquendo, potiùs secretum, & separatum, ut ab individuationibus, ità à reliquis omnibus circumstantijs singularizantibus, confurgens, ut diximus, essentialitèr ex natura præcisa, & specie impressâ illam formalitèr in esse intentionali constituyente, ideò illius causas assignaturi in sensu Logico, vel Metaphysico,

Dicimus, Materialem quasi illius causam proximam esse naturam, quæ actui præscindenti immediatè substans obicitur; Formalem verò, quasi positivam, esse ipsam speciem ab Agente Intellectu productam, & virtualitèr, seu, si



inavis, formalitèr, at non vitalitèr, ejusdem naturæ repræsentatricem. Finale autem Entis Universalis causam assignamus, cum communi authorum, illam esse, ut videlicèt sit subjectum scientiæ, ad facilitandum nostrum intelligendi modum in cognitionibus scientificis conquirendis, quo sumus soliti in unum multa adunare, & unum in multa parti-ri. Quòád Efficientem verò attinet, quamvis omnis intellectus habere possit cognitionem Universalem in repræsentando, hoc est talem, ut cum unicus ille sit plura cognoscat, imò etiam omnia, nihilominùs non sequitur omnem intellectum esse posse causam Efficientem Universalis; sed il-

Inm



lum solùm, qui potest cognoscere, & repræsentare plura confusè ad instar unius, cujusmodi est intellectus præsertim humanus, & quandòquè Angelicus in ijs quæ cognoscit non intuitivè, & quorum speciem impressam potest producere, eorundem præcisè repræsentativam. Intellectus verò Divinus, utpotè cui, ob suam in cognoscendè perfectionem, nihil est absconditum, & omnia intuitivè patent, Universale efficere est impotens. Neque obest huic asserto, quod Divina cognitio cognoscat absolutè omnia, sub quavis excogitabili ratione, quâ ipsa sunt cognoscibilia; nec etiam quod Deus sit potens producere speciem, in qua præcisa



natura repræsentetur formalitèr ; nec demùm quod talis species à Deo producta re ipsa esset, sicut Singularis in essendo ita Universalis in repræsentando, ad instar illius quam intellectus noster Agens efformat, cujus vices illa per omnia obiret.

Quod Deo Omniscio non concedimus in Universalis effectione, jure potiori deneamus Sensibus tam Externis, quam Interno, Facultati elocutiivæ, ac utriq̃ue Appetitui. Nec obstat 1. quod cujusvis sensûs objectum formale dicatur esse aliquid Universale, & non Singulare : Nec 2. quod videatur albedo v. g. in communi esse verè, ac propriè albedo, adeoque objectum visûs



sus: Nec 3. quod videatur  
visiva nostra potentia abstra-  
here colorem à sapore, & il-  
lam absque hoc percipere.  
Nec 4. quod formalitatem co-  
loris percipiat, absque eo  
quod illã sub ratione vel Acci-  
dentis, vel Materialis, vel Ab-  
solutæ, vel Respectivæ cogno-  
scat. Nec 5. quod nostra vi-  
sio adeò subindè confusa sit, ut  
unum colorem ab altero non  
discernat. Nec 6. quod quan-  
dò Solem, aut Stellã aliquam,  
primæ, ut ajunt, magnitudi-  
nis, videmus, videamur nobis  
illam videre totam, secundùm  
omnes ejus partes. Nec 7.  
quod quandò turre quadratas  
procùl aspiciamus nobis illæ ap-  
pareant rotundæ, quæ tamen  
nullam habent rotunditatem.



Nec 8. quod multotiès plures montes inter se distinctos, magnoque intervallo à se invicem diffitos, ità intueamur, ac si essent continui, & propinquissimi. Nec 9. quod prospectantes longitudinem aliquam duobus parietibus, vel arboribus pluribus, in linea recta parallellè confitis interclusam, illam inæquabilem sensuum judicio existimemus, atquè quò magis à conspectu nostro recedit, eò magis videatur nobis angustari, & quasi in unum concurrere. Nec 10. quod bacillo, vel funiculo in summitate accenso, citissimâque vertigine in gyrum agitato, circulus immobilis, & continuus oculo appareat. Nec 11. quod visus noster sibi



bi videatur cernere coelum & terram ad horizontem sensibilem esse invicem contigua. Nec 12. quod humanus oculus possit absolutè elevari ad videndam albedinem non existentem, sed præteritam, vel futuram, vel etiam merè possibilem. Nec demùm quod multotiès jam miraculosè cõtigerit, ut Christus Dominus in Venerabili Eucharistia quibusdam apparuerit sub specie Infantuli; alijs etiam sub speciebus Carnis, & Sanguinis, & alijs sub forma severi Judicis, &c.

Proprietates autem Entis Universalis, quæ ipsi attribuntur, velut absolutæ, sunt inprimis, ut sit objectum intellectûs, seu cognoscibile.



Deindè ut sit priùs , & postè-  
riùs , absq; contradictione,  
singularibus. Insupèr ut sit  
immateriale, & incorporeum.  
Præterea ingenerabile , & in-  
corruptibile. Ampliùs, ut sit  
ubique, & semper, non quidem  
positivè , sed negativè tantùm.  
& demùm , ut in sensu Logi-  
co , aut Metaphysico sit eo-  
rum principium , quæ sub se  
continet. Atque ex his de en-  
te Universali , ut sic, dictis,  
hæc Problemata , & Paradoxa  
solvenda proponimus.

PROBLEMA I. *An oculus vi-*  
*dens omnes futuros & possi-*  
*biles triumphos , quos de ho-*  
*stibus Augustissimæ Austria-*  
*dum Domus , totiusq; Chri-*  
*stiani nominis , referre po-*  
*test, referetq; SERENISSI-*  
*MUS*



*MUS CAROLUS JOSEPHUS, facere possit Universale?*

**PARADOXVM I.** *AUGUSTISSIMUS LEOPOLDUS CÆSAR, qui Unus est, & Aptus esse, ac predicari plurimum Regnorum Imperator, non tamen est Imperator Universalis.*

**PROBLEMA II.** *An Cometa, quem nupèr Vulgus comparuisse vociferabatur, Mathematicæ, & Philosophiæ peritis suadere possit, à sensibus fieri, vel in rebus Cælestibus, Universale?*

**PARADOXVM II.** *Universale non est universalissimum illud Poëtarum Principis :*


*Regis ad exemplum totus componitur orbis.*





I X.

*ENS COGNOSCIBI-  
LE UNIVERSALE UT  
PRAEDICABILE.*



UPLICEM ap-  
titudinem Uni-  
versalis assignâs-  
se Aristotelem,  
dum de eodem in Metaphysi-  
cis agit, unam scilicèt ad essen-  
dum in multis, ad prædican-  
dum de illis alteram, commu-  
nis ejusdem interpretum con-  
sensio persuadet. Hæc, ad di-  
stinctionem illius, Prædica-  
bilitas, nuncupatur; quæ quó-  
ád rem, aliud non est, quam  
potentia quædam in Universa-  
li, vi cujus affirmari potest il-  
lud



lud idem esse cum suis inferioribus; insinuat illam ipse Philosophorum Princeps, descriptione illâ receptâ: Universale est unum aptum inesse, vel prædicari de pluribus. Et quia ipsa tripliciter in re præsentî accipi potest; nimirum vel pro potentiâ, quâ intellectus ad naturam communem de inferioribus prædicandam est omninò expeditus; vel pro remotâ, quæ cum aliquibus impedimentis, seu cum aliquorum prærequisitorum defectu ad actualem prædicationem, conjuncta esse potest; vel demum radicalitèr, prout scilicet est principium exigens actualem ipsam prædicationem de multis, ideò



Dicimus: Prædicabilitatem primo, & secundo modo acceptam non esse formalitèr de essentia Universalis secundùm se sumpti, quantumvis intrinsicè, & essentialitèr illud constituat in esse prædicabilis, non secùs quam homo constitua- tur in esse visibilis per ipsam formalitèr visibilitatem: Ne- què obest conclusioni, vel 1. quod priùs sit unum esse in multis, quam esse de illa præ- dicabile; Nec 2. quod priùs sit omne objectum actu illo, per quem potest cognosci; Nec 3. quod sic videatur Universale, ut Prædicabile, fieri per co- gnitionem non abstrahentem, sed comparantem. Huic autem Prædicabilitati correspondet in actu secundo ipsa actualis Præ-



Prædicatio, quæ, ut infrà dicemus, aliud nihil est quam actus judicativus, quo aliquid alteri judicativè vel per affirmationem tribuimus, vel per negationem tollimus; Hæc, quoad rem de qua agimus tripliciter, dividitur; 1. In Prædicationem, in quâ subjectum est æquè latè patens, ac prædicatum, ut cum dicimus: homo est animal rationale; diciturq; Prædicatio æqualis de æquali. 2. In illam, in quâ Universale unum Prædicabile magis latè patens prædicatur de altero, itidem Universali, sed minùs latè patente, prout contingit in istis; Animal est Vivens, Vivens est Substantia, &c. 3. demùm in eam, quâ prædicatur Universale de aliquo indivi-



dividuo , ut Alexander est homo , Melampus est Animal.  
Porro

Dum Universale Prædicabile de suis inferioribus prædicatur , non prædicatur secundùm ipsam formalitèr Universalitatem , quam , supra diximus esse speciem ipsam naturæ præcisæ repræsentatricem formalitèr , at non vitalitèr , sed ipsum subjectum talis Universalitatis, seu Natura ipsa præcisa ; aut, si mavis , clariùs ; prædicatur ipsa res, non Status. Neq; ex hoc sequitur vel quod prædicetur in actu signato , & expressè Natura, ut Singularis & contracta ; vel quod sic prædicetur Natura nec ut formalitèr Universalis , nec ut Singularis formalitèr , sed ut quid  
medi-



medium inter utrumque ; sed in actuali prædicatione id, quod est Universale, prædicatur de inferioribus; quod in quantum realiter verificatur de subiecto suam perdit universalitatem, licet eandem seruet quoad ipsam prædicationem; quod nisi dicamus, nullus est assignabilis syllogismus, qui quatuor terminis non constaret; nullaque propositio alia, quam merè identica; adeòq; certum esse censemus, & quod natura, quæ universalitati substat in formalibus propositionibus prædicetur formaliter; denominativè verò in quantum connotat Universalitatem, cui alioquin subest; & quod semper maneat quoad actualem prædicationem natura Universalis



falis specificativè , non verò quòad ipsam verificationem ; per quam sententiam existimamus benè conciliari duas oppositas Authorum sententias , quorum alij opinantur in actuali prædicatione perdi omnimodè Universalitatē , alij è contrà omnimodè manere.

Neque dissidium huic conciliationi faceffere potest , seu quod id prædicetur de altero , quod affirmatur esse alterum ; seu quod Genus , v. g. dum prædicatur de una specie non videatur posse manere indifferens , quòad alias species ; seu quod natura Universalis tanquam prædicatum per actua-lem prædicationem uniatur differentiaè individuanti , tanquam subjecto ; seu quod a-  
ctus



Actus quo prædicatur Universalis de Individuo, fit unus actus indivisibilis, quo cognoscitur simul prædicatum Universalis, & individuum, ei subiectum; seu, quod propositio, quâ dicimus, v. g. Alexander est homo, videatur esse distinctiva, cum si resolvatur, exponens ejus sit, vel ista: Alexander est tota collectio hominum; vel altera: Alexander est aliquis ex tota collectione hominum. Seu demùm, quod, realitèr loquendo, videatur requiri semper ad propositionis verificationem adæquata identitas prædicatum inter, & subiectum.

Quantùm verò attinet ad divisionem Universalis Prædicabilis, censemus illud rectè divi-



dividi in quinque Species ultimas : nec plures , nec pauciores , quantumvis si dividi deberet per membra immediata non malè divideretur in Prædicabile in quid , & in Prædicabile in quale ; seu etiam in Essentiale , & Accidentale : at primo loco datam , optimã esse inter cæteras arbitramur , utpotè quæ aptissima est , tum ad finem Logicæ consequendum , non secùs quam divisio literarum Alphabeti aptissima sit fini artis legendi , aut divisio Globi Terraquei in quatuor illas notatas partes , Europam , Asiam , Africam , & Americam , idonea sit fini scientiæ Geographicæ : tum ad demonstrandam proportionẽ illam , quam intellectus servat in componen-



nendis intelligibilitèr univer-  
salibus cum inferioribus suis,  
cum Physica, & reali rerum  
naturalium compositione; in  
qua sicuti reperitur Materia,  
Forma, Totum Compositum ex  
ijsdem resultans, Proprietates  
item consequentes essentiam  
compositi, & Accidentia ei-  
dem convenientia, non ratio-  
ne intrinsecæ essentiæ, sed cau-  
sarum extrinsecarum agenti-  
um in compositum; ita pro-  
portionalitèr Intellectus per  
abstractiones suas quinque; con-  
stituit in esse intentionali Uni-  
versalia Prædicabilia, scilicèt  
Genus, quod se habet ut ma-  
teria, Differentiam, quæ se  
habet, ut forma, Speciem, ut  
totum compositum, Propri-  
um, quod sequitur ex rei es-  
sentia,



sentia, seu Specie ipsâ, & Accidens, quod eidem extrinsecus, ac separabilitèr convenit.

Ab istis autem quinque; ultimis, seu atomis Speciebus Universale Prædicabile, ut sic, perfectè, & univocè præscindit, adeoque Genus est Univocum ad easdem: in quo licet aliqualis appareat, re ipsâ tamen nulla est repugnantia; siquidem Inferius & Superius, Genus & Species idem esse potest diversimodè sumptum, ac consideratum. Neque; ex hoc sequitur vel nullam factam esse à Genere præcisionem, vel præcisum illud ad aliud nullum inferius quam ad Genus reduci: neque; quòd admissio hoc Genere Univoco ut sic, multiplicentur prædicabilia,



lia, & plura sint quam quinque; supra statuta; nec demum quod Genus primum Prædicabile sit simul Genus & Species, Continens, & Contētum, &c. Ad quas sequelas enodandas, si quis illas contrā positam cōclusionem obijceret, plurimum conducere arbitramur doctrinam illam, quæ in Rhetoricis tradi consuevit de Judicio necessario requisito ad quamlibet Rhetoricæ partem, Inventionem scilicet, Dispositionem, Elocutionem, Memoriam, & Pronuntiationem, absque eo quod detur sexta aliqua pars præter supra assignatas. Unde eruimus hæc Problemata & Paradoxa.



PROBLEMA I. *An dum de SERENISS. ARCHIDUCE CAROLO JOSEPHO predicatur, ARCHIDUX AVSTRIÆ, hoc idem predicatum maneat participabile univocè à reliquis Serenissimis Archiducibus?*

PARADOXVM I. *Augustissimum Austriacum Genus, licèt omnibus Serenissimis Austriacis univocè conveniat, non tamen est Genus aliquod Predicabile de iisdem.*

PROBLEMA II. *An Univoca Differentia Serenissimorum Archiducum Austriæ à reliquis Serenissimis Ducibus eos differre faciens, singulares illos constituat, an Universales?*



PARADOXVM II. *Universum  
sciendi artificium consistit in  
sola combinatione, & notitia  
quinq; Prædicabilium.*



X.

ENS COGNOSCIBI-  
LE PRÆDICABILE  
IN PARTICVLARI.

**P**rimum inter  
reliqua prædica-  
bilia locum sibi  
vendicat Genus,  
quod, quatenus  
spectat ad Logicum institutum,  
rectè describitur esse Unum A-  
ptum prædicari de pluribus specie  
differentibus in quid, seu ut  
partem determinabilem essen-  
tiæ. Quæ definitio Generis ut



Prædicabilis probabiliùs esse videtur esse essentialis & quidditativa. Quod per illam definitur est concretum quoddam seu Logicum, seu Metaphysicum ex natura præcisa affecta suis primis proprietatibus & ex genereitate constans. Convenit univoce Summis generibus, Subalternis, & Infimis. Quæ Generum varietas minimè variat numerum Prædicabilium. Sicut nec obest bonitati datæ definitionis, si vè quod dentur aliqua Genera, quæ prædicantur de pluribus seu genere, seu etiam numero tantùm differentibus, si vè quod juxtà Aristotelis doctrinam, quam tradit 7. Metaphysices, nullum aggregatum per accidens esse possit



possit alicujus bonæ definitio-  
nis definitum ; sive demùm ,  
quod non videatur posse assi-  
gnari aliquod genus proxi-  
mum, quo constare queat data  
definitio. Undè

Inferimus I. Dari summum Genus Generalissimum Univocum ad omnia inferiora Genera. 2. Ad Genus requiri necessariò plura inferiora saltem possibile, talia vel in se, vel ad minimum in sua causa. 3. In hypothese quâ implicarent omnes Species animalium præter hominem, per prædicationem , quâ diceretur, homo est animal, non prædicandum animal nisi specificè. 4. Genus, ut genus, nunquam prædicari de differentijs for-



malitèr acceptis, undè prædicatione quâ dicitur: rationale est animal: subsistere nequit, nisi ly rationale accipiatur nõ tanquam differentia, sed tanquam species, subintelligendo substantivum aliquod, quo significetur animal, juxtà tritam illam Grammatistarum regulam:

Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis.

5. Demùm Genus immediatè prædicari posse de individuis incompletè sumptis, & in confuso cognitis, ut contingere solet, quandò quis de longè videns aliquid se movere, priùsquam dignoscat Ursusnè sit, an Cervus, an Homo, dicere potest quod sit vivens; secùs sentiendum de genere respe-

ctu



Et individui completi, & explicitè, ac clarè cogniti.

Alterum Prædicabile est Differentia, quæ, ut à Logi-  
cis propriè sumitur, rectè de-  
finitur ad rem præsentem, esse  
unum aptum prædicari de plu-  
ribus in quale quid, seu ut par-  
tem determinativam essentiæ.  
Tripliciter ipsa dividitur,  
nempe in Divisivam generis,  
Constitutivam Speciei, & Præ-  
dicabilem de pluribus inferioribus  
illius speciei, cujus est  
differentia. Juxtà primam,  
& secundam divisionem for-  
maliter non est illa Universa-  
lis, nec Secundum Prædicabi-  
le: uti nec formaliter loquen-  
do includit Specifica Differen-  
tia, aut Genus quod constituit,  
aut aliam Differentiam Subal-



ternam. Neque obstat vel quod Differentia dicatur prædicari de Specie, & non ut quid singulare; vel quod sicut lignum aliquod prout æquale palmo, ut quidam arguunt, sit palm<sup>9</sup>, sic Differentia ut æqualis Universali sit Universalis: vel quod rugibile v. g. quæ est differentia ultima Leonis, includere videatur formalitèr sensibile, eò quod rugitus, seu actus rugiendi sit formalitèr sensatio: vel demùm quod sequens syllogismus judicetur à quibusdam concludere in bona forma: Omnis homo est formalitèr sensibilis, sed omne rationale formalitèr est homo, ergò omne rationale formalitèr est sensibile. Undè

Deducimus 1. Differen-  
tiam



tiam Infimam non differre specie à Subalterna in ratione Prædicabilis. 2. Differentiam esse suo modo perfectiorem Genere quod contrahit quoad modum essendi, licet quoad modum prædicandi Genus sit perfectius Differentiâ. 3. Differentiam Specificam posse, imò debere aliquandò componi ex duabus, aut pluribus differentijs inæquatis, uti patet in Lacte, Saccaro, alijsque similibus, in quibus datur principium necessario albedinis, & dulcedinis, per præcisiones nostras objectivo intentionales distinctum; cum præsertim principium exigens albedinem Saccarum simpliciter non sit, siquidem illa convenit etiam Nivi, alijs-



que Albis; sicut nec principium dulcedinis, cum hæc & Melli, & Mero, & Manna competat, &c.

Tertium Prædicabile est Species, cujus nomine hic non intelligimus, vel Prætextum, & Simulationem, vel Imaginem aliquam objectorum, à qua determinatæ cognoscitivæ potentiæ vitales suos eliciunt actus; nec etiam formam, venustatem, ac pulchritudinem, quâ gratiosi sunt, & dicuntur, vel animo, vel corpore, vel utroque homines; sed propriè id, quod est correlativum vel Generi, vel Differentiæ, quæ Species Logica nuncupatur. Hæc rectè definitur, universim accepta, quod sit essentia completa, & adæquata à pluribus



ribus participabilis, duobus prædicatis sibi proximis constans, per quorum unum convenit cum multis, & per alterum differt ab iisdem. Dividitur in Subjicibilem, & Prædicabilem: Species Subjicibilis quæ etiam Subalterna dicitur, illa est, quæ posita sub assignato Genere, de ea Genus prædicatur in quid, seu est, quæ subjicitur Generi. Hæc reduplicativè accepta formalitèr non est Universale aliquod, nec idcirco tamen ulli inferre licebit, ergò est Individuum quid, & Singulare. Ac proindè, Species Prædicabilis, seu Infima, est unum aptum prædicari in quid, seu ut completa essentia, de pluribus numero differentibus. Cui definitioni essenti-

tiali



iali Speciei nihil officit id, quod nonnulli objiciunt: Speciem in communi prædicari de omnibus speciebus, v. g. Humana, Leonina, Equina, &c. quæ omnes specie differunt, cum omnes differant ab invicem se ipsis. Ex quibus non malè colligimus.

I. DEVM Optimum Maximum non esse Speciem aliquam respectu PATRIS, FILII, & SPIRITVS SANCTI, tametsi de ijs prædicetur in quid completè. 2. Entia Impossibilia, sive negativè talia, sive etiam ficta per intellectum, habere posse suo modo etiam Species, & Genera Logica; quandòquidem hic, vel ille hircocervus, hæc aut illa negatio secundum se non differant specie,



specie, , cum nulla utriusque  
dissimilitudo sit major, quam  
duorum hominum, vel duo-  
rum cervorum; adeòq; Speci-  
es aliqua v. g. Hircocervi, aut  
Chymæræ suo modo dabilis est  
in esse impossibili, cum non  
minùs possit confici numerus  
Chymærarum, quam cujusq;  
alterius speciei, siquidem uti  
participant rationem Entis in  
esse Cognoscibili, ità partici-  
pare debent ejusdem omnes,  
suo modo, proprietates. 4.  
Et à fortiori, in Entibus  
Incompletis, Modalibus, &  
Mathematicis, locum habere  
posse tam Genera, quàm Spe-  
cies Logicas: nomine autem  
Entiũ Substantialium incom-  
pletorum intelligimus partes  
compositi Physici tam essen-  
tiales



tiales, uti sunt *Materia*, & *Forma*, quã integrantes, uti *Cor*, *Jecur*, *Cerebrũ*, *Manus*, *Caput*, *Pedes*, &c. sicut per entia *Mathematica* nobis veniunt, *Numeri*, *Pũcta*, *Lineæ*, *Superficies*, *Figuræ*, &c. quæ considerata secundum essentiam suam *Logicam*, illationem reddunt planè indubitatum. 5. *Speciem Prædicabilem* requirere essentialitèr plura individua, vel actualia, vel possibilis. Undè licet de facto fortè non detur *Genus*, quod unicã habeat sub se *Speciem*, nec corruptibilis *Species*, loquendo de sublunaribus, quæ unicũ habeat sub se *Individuum*; si tamen daretur, ut nonnulli de *Phœnice* tradunt, tam natura *Generica* sufficientèr salvaretur



retur in una Specie, quam natura specifica in unico Individuo, dummodò possibiles forent plures Species, & plura Individua. 6. Demùm illa dici differre Specie in se, quæ sunt per se dissimilia solùm in prædicatis formalibus, hoc est contrahibilibus per differentias oppositas duntaxat numericè; numero autem, quæ cum in reliquis prædicatis per se sint omninò similia, sunt dissimilia tantùm in eò, quod ordinentur, & adaptentur ad essendum in diverso subjecto, loco, ac tempore, & sub hujusmodi alijs differentijs individuantibus. Genere denique Logico differre illa, quæ dissimilia sunt in prædicatis materialibus, hoc est contrahibili-



bilibus per diversas differenti-  
as específicas.

Quartum Prædicabile Pro-  
prium nuncupatur ; diversi-  
modè tum à Latinitatis , tum  
à Jurisperitis accipitur ; à Lo-  
gicis verò , qui sequi debent  
Aristotelem , & Porphyrium,  
sumitur quadrupliciter : 1. Pro  
eo , quod convenit soli Speci-  
ei , non tamen omni Individuo  
ut esse Philosophum. 2. Pro  
eo , quod competit quidem o-  
mni Individuo , sed non soli  
Speciei , ut esse bipedem. 3.  
Quod soli Speciei convenit , &  
omnibus ejus individuis , sed  
non omni tempore , ut esse  
calvum , esse canum , &c. licèt  
Aristoteles lib. 5. de genera-  
tione animalium etiam equos,  
& passeris canescere , & grues  
fieri



fieri nigriores senectute, tradat. 4. Demùm propriiſſimè Proprium pro eo accipitur, quod ſoli Speciei convenit, omnibus ejus individuis, & ſemper, uti eſt eſſe riſibile, flebile, &c. quod propriè quarto modo Proprium communiter vocitatur: quo modo ſumptum Proprium idem eſt, ac cujuſvis eſſentię paſſio, & proprietat, quæ illam inſeparabiliter comitatur: & hoc in hac quarta acceptione ſumptum eſt in rigore Prædicabile Univerſale primò intentionaliter acceptum; quamvis & Proprium ſecundò modò ſumptum dici poſſit pertinere ad Quarti Prædicabilis conſtitutionem, quatenùs ſcilicèt comitatur aliquod prædicatum eſſentiale



commune omnibus speciebus, quibus convenit; secùs sentimus de Proprio in prima & tertiâ acceptione sumptum; nullatenùs scilicèt illud pertinere ad Quartũ Prædicabile, nisi fortè latissimè, & velut grammaticalitèr. Ac proinde.

Proprium, ut quartum Prædicabile, formaliter, & secundo Intentionaliter acceptum rectè definiri censemus sic: est unum aptum prædicari de pluribus differentibus Specie, vel Numero inquale, profluens ab essentiâ, & cum eâdem convertibile.

Neque dato Proprij Prædicabilis quidditativo conceptui obest, quod videatur repugnare idem esse Universale,  
&



& Cõmune pluribus, & simul  
Proprium uni soli, quod idem  
esset apparet, ac Singulare:  
neque tritum illud Aristoteli-  
cum: quod ita se habet Uni-  
versale ad Singulare, sicut  
Commune ad Proprium, cum  
cõmutata proportio non sub-  
sistat nisi in numeris, ut Eu-  
clides docet 7. Elementorum:  
Nec demum quod Proprium  
videatur tale dici solum respe-  
ctu Speciei, non vero respectu  
inferiorum ejusdem Speciei  
cujus est Proprium. Ex qui-  
bus

Non incongrue deducitur  
1. Quod sicut dantur Proprie-  
tates quarto modo Speciei Spe-  
cialissimæ, ita etiam dentur  
Proprietates Speciei Subalter-  
næ, imò & ipsius Generis qua-  
le



le v. g. respectu animalis est habere appetitum sensitivum, qui omni, ac soli animali convenit; respectu corporis esse Quantum; respectu entis Unum, Verum, Bonum, &c.

2. Quod est Proprium improprie uno modo respectu unius gradûs Metaphysici, posse esse Proprium proprie alio modo respectu alterius gradûs; sic esse appetitivum est quodammodo Proprium hominis; quod in rigore Proprium est solius animalis. 3. Quod Proprium non sit formalitèr Prædicabile respectu Speciei, seu Infimæ, seu Subalternæ, seu etiam Generis ex quo emanat. 4. Sed quod tale sit solùm per respectum ad inferiora illius Speciei, vel Generis cujus esse dici-



dicitur Proprium. 5. Demùm quod Proprietates hujus, vel illius Individui, tales Propriæ non sint quarto modo, tametsi Hæcceitas, & Taleitas ita propriæ sint Individui præsertim Completi, ut ab illo sint inseparabiles.

Quintum deniquè Prædicabile est Accidens, quod secundùm se sumptum rectè definitur esse id, quod potest adesse, & abesse sinè subjecti corruptione; quæ præsentia, & absentia sive formalitèr, & in statu intentionali, sive etiam Physicè, & in statu reali, accipi debet absq; destructione subjecti in statu connaturalitèr illi debito; per quod sufficientèr discriminatur à Proprio secundùm se sumpto, quod



quod abesse nequit connaturaliter à subjecto absquè ejus corruptione. Prout verò Accidens in rigore sumitur, ut Quintū Prædicabile formalitèr, benè definitur; esse unum aptum prædicari de pluribus separabilitèr in quale, seu omninò contingentèr. Constituitur in esse talis essentialitèr respectu inferiorum illius Speciei, cui accidit, quatenus hæc sunt subjecta, seu in subjecto actu; per quod solùm prædicatio actualis Quinti Prædicabilis differt ab alijs prædicacionibus aliorum Prædicabilium, quod ad has sufficiat qualiscunquè connexio prædicatum inter & subjectum sive actu existant sive non existant; ad illam verò ipsa actualis est neces-



necessaria subjecti existentia, & actualis in illo inhæsiō Accidentis, cum alioquin falsa esset, & nullatenus vera; hæc prædicatio: Alexander est fortis; nisi & Alexander existat, & in eo sit actu robur, & fortitudo.

Nequè dictis de Accidentis essentia, & quidditativo cōceptu, negotium faceffunt, seu quod multa videantur dari in primis accidentia, quæ sine subjecti corruptione à subjecto abesse nequeunt; cuiusmodi est nigredo corui, albedo cygni, &c. seu quod plura adesse nequeant absquè subjecti destructione, qualia sunt mors, morbi, lethalia vulnera, aliaq; multa: quæ benè salvari possunt dicendo, particu-  
H lam,



tam *et*, in data Accidentis definitione non copulativè, sed disjunctivè accipiendam esse, non secùs quam accipiatur dum dicimus: voluntatem posse amare & odisse, intellectum assentiri, & dissentiri. Et ex his proponimus hæc Problemata, & Paradoxa.

PROBLEMA I. *An Majestas Imperatoris Romanorum sit Species aliqua immultiplicabilis, cum in mundo aliam non habeat sibi similem?*

PARADOXVM I. *Augustissimum Austriadum Genus, & Ottomanicum Turcarum Cesarum Stemma specie sunt diversa.*

PROBLEMA II. *An Triticum, & Siligo differant specie,*  
cum




*cum in campis Hungaria*  
**AUGUSTISSIMO LEO-**  
**POLDO CÆSARI** sub-  
jectis è *Siligine Triticum* suc-  
crescat?

**PARADOXVM II.** Probabile  
est, sub animali rationali  
plures possibiles fore Species,  
quam de facto sint sub ani-  
mali irrationali in volucri-  
bus, quadrupedibus, reptili-  
bus, & aquatilibus?



**XI.**

**ENS COGNOSCIBILE**  
**ANTE-PRÆDICA-**  
**MENTALE.**



Eripatetico-  
rum Princeps A-  
ristoteles in An-  
teprædicamen-



tis, Ens Cognoscibile considerat, quatenus ad nomina comparatur; circa cujus doctrinam, cum varia ab Interpretibus, de more, sint superaddita, ideò ex ijs, quæ nobis placita sint, ut exponamus, dicimus, rectè ab eodem defini-ri Univoca esse illa, quorum nomen commune est, ratio verò substantiæ per nomen importata omninò eadem. Quæ, ut talia sint propriè, opus est plura esse talis rationis Univocæ participantia, quæ plura in eadem ratione sint omninò similia, quatenus per nomen significantur, & in esse intentionali accipiuntur; undè Univoca Univocata denominantur & sunt, quæ data defini-  
tionis



tionis sunt etiam in rigore definitum.

Æquivoca Univocis è diametro opposita, rectè dicuntur illa esse, quorum nomen commune quidem est, at ratio substantiæ per nomen significata omnimodè diversa. Quæ quamvis quòád nomē, si comparentur præcisè, sint Univoca, non tamen sequitur illa convenire univocè quòád substantiam, & non convenire; non secùs quam hoc ternarium: Canis cœlestis, terrestris, & marini, quatenùs stat sub nomine ternarij, conveniat univocè cum alio diversarũ rerum ternario, in nomine ternarij; ac proindè Æquivocum, Æquivocum non est respectu nominis, sed rerum ab eo significatarum



tarum. Atque hinc nobis est certum datâ definitione defini niri nō *Æquivoca* *Æquivocantia*, sed *Æquivocata*; sicut est manifestum, quod cū *Univocis* conveniant tū in eo, quod exigant pluralitatem *Æquivocatorum*, tum in eo quod eodem nomine vocari debeant; differant verò tum in eo quod *Univoca* exigant similitudinē in re significata, *Æquivoca* autem diversitatem; tum etiam in eo, quod illa actu cognosci debeant non discernente inter ipsa, hæc verò è contrâ. Porro

*Æquivoca* ipsa *Æquivocantia* rectè defini posse arbitramur, dicendo, quod sint tales voces, quæ de pluribus dicuntur habentibus diversam ratio-



rationem substantiæ. An autem dari possint conceptus præcisè, & in rigore æquivoci, quamvis decisio ad Logicos non spectet, probabilior tamen censemus partem negativam. Dividi solent Æquivoca dupliciter, in illa scilicet quæ dicuntur à consilio, & in illa quæ à casu indigetantur. Æquivoca à consilio ea sunt, quibus inditum est idem nomen consultò, & ponitur rebus etiam dissimilibus : Sic Urbi nomen Fundatoris sæpè tribuitur, & Cani nomen Leonis, &c. A casu verò illa dicuntur quibus fortuitò planè accidit, ut significata participant idem nomen; & licèt non desint doctissimi Neotherici, qui existiment Æquivoca à cō-



filio non esse in rigore talia, ut eorum opinioni tamen subscribamus, nulla nos adurget ratio, imò complures sunt, quæ omninò retrahunt.

Dantur & Denominativa, quæ rectè sic definiuntur: Denominativa sunt, quæ ab aliqua forma extrinseca accidentali denominantur, sive casu differant, sive non differant. Ex quo patet à Denominativis excludi, rigorosè loquendo, composita substantia- lia in quibus à forma intrinseca, & substantiali subjectum denominatur. Analogæ verò, quæ media inter Univocæ, & Æquivocæ quidam ex Latinis Aristotelis Interpretibus invexere, seu Attributionis illa sint, seu Proportionis nulla agno-



agnoscimus, imò probabiliùs  
censemus ea nec esse datu pos-  
sibilia. Per quod tamen mi-  
nimè negamus Analogiam Ma-  
thematicam, & Arithmeticas,  
ac Geometricas Proportio-  
nes, quæ aliud non sunt quam  
habitus quædam inter duas,  
pluresq; quantitates seu con-  
tinuas, seu discretas, seu mi-  
xtas ex utrisque.

Unde sequitur, Ens per-  
fectè, & univocè præscindere  
à suis differentijs; sicut & pro-  
babiliùs longè esse censemus,  
Differentias entis non invol-  
vere formalitèr Ens; adeoque  
inter Ens & ejus Differentias  
( quas quadruplices recogno-  
scimus, videlicèt Aseitatem,  
Perseitatem, Inaleitatem, &  
Abalietatem ) dari in esse in-



tentionali perfectam, ac mutuam præcisionem ità, ut unum de altero vicissim sub reduplicatione negari possit: ac consequentèr Ens respectu Creatoris, & Creaturæ, Substantiæ & Accidentis genus esse perfectè Univocum.

Neque obstat seu quod dicta inferiora Entis videantur participare rationem communem inæqualitèr, cum priùs videatur illa convenire Enti Increato, quam Creato, priùs Substantiæ, quam Accidenti; seu quod SS. Patres persæpè negent Deo, & Creaturis quidquam esse posse commune; crebroque asserant Deum solum esse propriè ens, non verò creaturas; Ex quibus

Inferimus I. non esse  
ab-



absurdum ullum admitte-  
re aliquid secundum conce-  
ptus nostros præcisivos com-  
mune DEO, & lapidi. 2.  
Negari non posse ens ut sic  
comparari ad Deum tanquam  
quid universaliùs Logicè, & à  
non subsistendi consequentia,  
nisi quis velit admittere veram  
hanc esse argumentationem :  
est Ens, ergò est Deus. 3.  
Transcendentiam Entis non  
obesse ejusdem Univocationi,  
etiam dato non concessò, Ens  
ità transcenderet suas differen-  
tias, ut in ijs formalitèr imbi-  
beretur in statu contractio-  
nis. 4. Nec dependentiam  
unius inferioris ab altero offi-  
cere perfectæ entis Univoca-  
tioni, sicut non officit Univo-  
cationi Substantiæ, aut Corpo-



ris materia, & forma substantialis materialis; vel potentia, actusque vitalis rationi Univo-  
cæ vitalitatis. Inferimus &  
demum 5. Ens ut sic respec-  
tu quatuor primorum gene-  
rum, in quæ suprâ ex Aristotele  
Ens cognoscibile divisimus  
scilicet in Actuale, Possibile,  
Negativum, & Impossibile,  
esse perfectè Univocum. At-  
que ex istis solutionem se-  
quentium Problematum, &  
Paradoxorum eruemus.


PROBLEMA I. *An adequata  
proportio Virtutis, & Natu-  
ræ inter AUGUSTISSI-  
MVM LEOPOLDVM,  
& SERENISSIMVM  
CAROLVM JOSE-  
PHVM dari suadeat Lo-  
gica Analoga?*



PARADOXVM I. *Æquivoca à consilio, cum, quòád rem significatam, in SERENISS. ARCHIDVCE CAROLO JOSEPHO importent evidentè perfectam ejusdem cum SERENISS. AB AVO connexionem, sunt Univoca.*

PROBLEMA II. *An Austriaca Pietas Augustissimos Austriæ Principes intrinsecè denominet, & nullatenùs solùm extrinsecè?*

PARADOXVM II. *Serenissimè nomen magis propriè dicitur de Serenissimis Austriæ Principibus, quam de amœnissimo, & sinè nube Cælo.*







X I I.

*ENS COGNOSCIBI-  
LE PRÆDICA-  
MENTALE.*



Entis Prædicamentalis nomine intelligimus dispositionem, & cõordinationem ejusdem secundum Prædicabilia, & Subjicibilia se invicem univocè includentia à summo Genere, usquè ad ultimum Individuum. Absq; ullius abusûs, aut novitatis periculo hanc dispositionem Prædicamentalem Entis Cognoscibilis, in Physicam, & Metaphysicam seu Logicam partimur. Physicè considerata est illa, quæ res  
phy-



Phyficas ac naturales, five creatas cóórdinat, nec se extendit ad Creatorem, naturæq; Artificem, aliavè entia seu possibilia merè, seu negativa, seu impossibilia. Metaphysicè autem, siyè Logicè sumpta est illa, quæ absquè temeritatis nota Creatorem & Creaturas, cæteraq; omnia, quæ quomodocunq; Entis rationem participant simul, debitèq; coördinat ità, ut reluceat, quod quidquid à DEO est, ejusdem habeat participationem aliquam, eòquè magis sit perfectū, quò magis Divinam imitatur perfectionem; ac proinde DEVM Optimum Maximum representat operum suorum, & præsertim positivè talium, non tantùm causam efficien-



ficientem, sed etiam exemplarem, omniumq; regulam, ac completam mensuram. Porro.

Quod summa genera Prædicamentorū, si Physicè spectentur, decem statuuntur, auctoritas potiùs, quam ulla ratio persuadet. Quantumvis non incongruam censeamus illam, quam ex Archita Tarentino Pythagoræ studioso Aristoteles ipse adducit, desumptam ex denario numero, omnium numerorum simplicium maximo & supremo; & aliam quam idem insinuat Capite de Substantia text. 29. ubi videtur velle explanare decem loquendi modos, quibus decem usitatissimis interrogationibus responderi



deri solet, videlicet quid sit id de quo quæritur, quantum sit, & quale, quò referatur, quid agat, quid patiatur, ubi sit, quandò, quo in situ sit, & vestitu? Ad quos decem interrogationum modos, per decem prædicamenta exactè respondetur, atquè sic eorum habetur nomen, & numerus.

An autem hæc omnia sint inter se re ipsâ distincta, pars negativa nobis videtur probabilior. Ut verò ad seriem Prædicamentalem Physicè sumptam aliquid spectare dicatur, juxtà arbitrium Philosophorum, octo ut habeat conditiones est necesse, quæ his duobus versiculis comprehenduntur:



Vox una, & simplex rebus concinna  
locandis,

Entia per sese, finita, realia, tota.

Atque ex dictis constat

Inter Prædicamenta primum locum obtinere, nec immeritò Substantiam, cujus nomine secundùm se sumptæ hoc loco venit concretum quoddam essentialiale ex genere Entis, & differentia Perseitatis confurgens. Physicè spectata non rectè definitur, ut ab Accidente contradistinguitur, vel esse id quod substat accidentibus: vel esse id, quod est de primo constitutivo alicujus; vel esse id, quod nulli subjecto inest, aut inhæret; vel esse id, quod est radix, & fundamentum substantiæ; vel esse concretum quidditativum rei, quò  
du-



durante res durat cæteris omnibus mutatis ; vel esse radicem , ac principium præcipuum essendi , ac operandi ; vel demùm è contrà esse id , quod est finis cæterorum , quæ in ente completo reperiuntur ; sed commodè describitur esse id , quod habet esse completum distinctum à quavis pura collectione partium realitèr inter se distinctarum , & subsistere valentium ; aut etiam id quod ejusmodi esse componit.

Nequè obstat perfectioni datæ descriptionis , quod totum non distinguatur realitèr à suis partibus simul sumptis , & unitis , prout videtur illa supponere ; vel quod Divina essentia licèt sit indubitanter Substantia non habeat esse



esse realitèr distinctum ab omni pluralitate, cum eadem sit tribus Divinis Personis : seu quod eadem descriptio detur per conceptum distinctivum, sive per inferiora Substantiæ, ut sic, nempe per Completam, & Incompletam ; seu demùm quod videatur dari potius per Attributa, & Proprietates Entis, aut ipsius Substantiæ, quam per ejusdem essentialia.

Quod si Metaphysicè, vel etiam Logicè loquamur, optima, & essentialis Substantiæ definitio est illa brevis : Substantia est ens per se. Quæ differentia Substantiæ essentialitèr constitutiva, & ratio formalis est quid omninò positivum, & nullo prorsùs modò aut negatio aliqua, aut conno-

sub-



tatio negationis. Atq; hæc de  
Substãtia secundùm se sumpta.

Si verò de eâdem loqui ve-  
limus , quatenùs Physicè Præ-  
dicamentalis est , dicimus il-  
lam rectè definiri posse sic : est  
Ens creatum, completum, per  
se intentum à natura , explica-  
tum Logicè nomine substanti-  
vo concreto , se habens in re-  
cto simul cum suâ essentiâ ; si  
autem quatenùs Metaphysicè  
prædicamentalis sumitur , &  
prout perfectè abstrahit à Cre-  
atâ, & Increatâ , Materiali , &  
Spirituali , Simplici , & Com-  
posita , Completa , & Incom-  
pletâ , Corruptibili , & Incor-  
ruptibili , Prima , & Secunda,  
(totidem scilicèt sunt membra  
dividentia Substantiæ , seu si  
mavis , ejusdem præcisæ infe-  
riora )



riora ) rectè explicatur , jam  
suprà datâ Metaphysicâ defini-  
tione. Cujus Proprietates  
sex communiter assignantur ,  
quæ si ad exactiorem trutinam  
revocarentur , vix una alteravè  
subiltere deprehenderetur ;  
nec pròpterea ideò à commu-  
ni placito recedere placet ; a-  
deòque dicimus, lato quodam  
modo loquendi, defendi posse  
has proprietates rectè attribui  
Substantiæ : 1. Non esse in a-  
lio , tanquam in subjecto in-  
hæſionis. 2. Prædicari posse  
de pluribus substantijs primò,  
& per se univocè. 3. Signifi-  
care hoc aliquid ; id est , quod  
non illa , quæ imponitur ad  
significandam substantiam ,  
præsertim primam , ità deter-  
minatè unum significet, ut non  
possit



possit applicari pluribus. 4.  
Non habere contrarium 5.  
Non suscipere magis, & minus. 6. Esse susceptivum contrariorum. Quæ vox monet ut statuamus quid sit

Accidens Substantiæ oppositum, Prædicamentale nuncupatum, & in novem alia Prædicamenta ab Aristotele distributum, quod quâ tale sumi potest: vel adjectivè, prout dicit materialitèr id quod inhærere potest, & formalitèr ipsam inaleitatem, aut inhærentiam, quæ, ut diximus, est formalis differentia Accidentis; vel substantivè, prout scilicèt significat ens illud quod inhærere potest, sive jam actu inhæreat, sive non; in quo sèsu dicimus Accidens, ut sic, benè de-



describi, esse ens aptum natum esse in subiecto inhæſionis: esse autem in subiecto inhæſionis est ità inesse, ut cum eo non faciat unum per se, sed solum per accidens. Ad hoc verò ut dignoscatur, quænam forma sit ità in alio, ut faciat cum illo ens unum per accidens, certum est indicium carentia determinatarum qualitatum deservientium conservationi talis formæ in tali subiecto.

Inter Prædicamenta Accidentis ( ut alia, quò propriè spectant, ad Physicam differamus ) est Prædicamentalis Relatio ; cujus nomine, cum communi Authorum intelligimus nexum quendam, vel respectum accidentalem intercedentem inter duo, vi cujus  
illa



illa dicuntur ad invicem Relativa: & quia ab Aristotele hoc Prædicamentum dicitur ad aliquid, ideò duplicem in eo distinguimus rationem, seu formalitatem; scilicet esse In, per quam convenit cum cæteris Prædicamentibus accidentibus, & esse Ad, per quam ab omni alio discriminatur. Dari autem esse Relativum, seu reales Prædicamentales Relationes nemine cogitante, nobis est indubitatum. Definiri Relatio, præcisè sumpta, solet sic: est habitudo, seu respectus, seu cõórdinatio, quâ unum refertur ad aliud. Relativa verò ipsa aptè ab ipso Philosopho definiuntur hoc modo: ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum est esse quodam-



modò ad aliquid se habere; hoc est talia sunt, quorum totum esse quod habent est pertinere ad aliud, spectare aliud, cum alio connecti: quæ definitiones probabilius videntur convenire univocè Relativis, ac Relationibus omnibus Prædicamentalibus.

Hæ siquidè multipliciter dividuntur; quæ varietas divisionum rectè reduci potest ad tria quasi capita, in quorum uno continentur Relationes illæ, quæ fundantur in Unitate, & Numero, quales sunt Relationes Identitatis, Similitudinis, Æqualitatis, & his contrariæ: ubi dum audis mentionem fieri Relationum Identitatis, cave intelligas nos asserere per hoc dari Relationes  
rea-



reales ejusdem ad se ipsum, ut nonnulli opinantur, quas merè fictitias, aut rationis esse censemus. Ad secundum caput reducuntur Relationes quæ fundantur in Actione & Passione, quales sunt Paternitatis & Filiationis, Causæ & Effectûs in actu secundo, aliæque plures his similes; ad tertium verò illæ spectant, quæ fundantur in ratione Mensuræ, & Mensurabilis, alijsque Relationibus Transcendentalibus, quales forte sunt Causæ actualis ad actua-lem Effectum, Cognitionis ad objectum cognitum, Scientiæ ad scitum, &c. Ad has quidam reducunt, sed perperam, quasdam Relationes, quas vocant intrinsecûs advenientes, per quas intelli-



gunt illas, quæ posito fundamento, & termino necessario confurgunt, quales dicunt esse Relationes Similitudinis, &c. & extrinsecus advenientes, cujusmodi esse asserunt illas, quæ præter fundamentum, & terminum requirunt aliquid aliud ad suum esse; sed istas, ut superfluas, merito cum Patre Arriaga à numero Relationum rejiciendas esse arbitramur.

Essentiam autem Relationis Prædicamentalis consistere non posse in solo fundamēto probabilius censemus: multo minus in aliquo Modo entitati Fundamenti, Termini, & Rationis fundandi superaddito. Neque probabiliorem reddunt priori hanc quam rejici-

ci-



cimus, sententiam seu quod possit existere Alexander in rerum natura absque eo quod Achilli sit similis; seu quod absque tali Modo partes Universi esse videantur velut scopæ dissolutæ, aut quasi arena, & lateres sine calce, & cemento.

Non etiam Relatio Prædicamentalis consistit in Accidēte aliquo absoluto; nisi velimus admittere, quod hodiè, v. g. natus infans innumeris accidentibus esset actu subiectus, & tot, quot sunt entia in toto universo, Homines, Animalia, Plantæ, Flores, Folia, Arenæ, pulveres, &c. ac nisi dicamus pulicem in Indijs saltantem non tot quin plura per universum orbem produ-



cere per unicum saltum absoluta accidentia ; quod haud dubiè cujusvis, vel primo intuitu, videri posse censemus incredibile, & absurdum. Sed nec Relatio Prædicamentalis consistit præcisè in sola Ratione fundandi ; nec etiam in pura aliqua Denominatione extrinseca ; neq; demùm in duobus absolutis, seu in recto, seu uno in recto, altero in obliquo sumptis. Verùm

Intrinsecè, & essentialitèr Prædicamentalis Relatio constituitur per Fundamentum, Terminum, & Rationem fundandi itá, ut Ratio fundandi semper sit partim intrinseca Fundamento, partim intrinseca Termino. Quod etsi verissi-



rissimum sit, si Logicè tamen loquamur, Relatio supponit pro sola Ratione fundandi, eamque dicit in recto, Fundamentum verò ac Terminum in obliquo consignificat; non secùs quam Unio, quæ licèt in ratione Unionis formalitèr importet extrema, quæ realitèr unit, Logicè tamen pro sola Unione supponit, partes autem quas unit in obliquo consignificat.

Neque obest de essentia realis Relationis conclusioni nostræ, seu quod Relatio sit, & dicatur Accidens, tametsi ejus extrema sæpè sæpiùs sint Substantia: seu quod Unio, Cognitio, Generatio non constituentur intrinsecè per partes, vel subjecta, vel per

I 4      suos



suos terminos; seu demum quod à parte rei non detur rectum, aut obliquum; adeòq; dum concipimus durationem, v.g. A, & durationem B, vel utramque in recto, vel unam in recto, alteram in obliquo, concipiamus eandem realitatem, ac si quæ est diversitas, ea se teneat ex parte soliusmodi concipiendi. Ex quibus

Inferimus 1. ad omnem Relationem Prædicamentalem tria essentialitèr requiri, non secùs quàm ad esse unitum Physicè tria necessariò requirantur. 2. Eandem Relationem necessariò semper exigere terminum existentem, licèt subindè in quibusdam Relationibus, minus propriè talibus, præsupposita actio, seu ratio fundan-



dandi sufficiat antecessisse. 3. Relationem simpliciter terminari ut ad absolutum, & non formaliter ut ad relativum. 4. Ut Relatio aliqua Prædicamentalis realiter talis sit, & dicatur, requirere necessario realem inter Fundamentū & Terminum distinctionem. Neq; obest huic illationi si vè Relatio dupli ad suum dimidium; si vè Intellectus se ipsum cognoscens, si vè quod idem possit, & sæpè soleat affligere, quin percutere se ipsum. 5. Relationem unam Prædicamentalem esse posse fundamentum alterius, seu ad aliam proximè & iūmediatè referri absque actuali processu in infinitum, juxtà definitionem illam tertiam Euclidis lib. 5. Ratio duarum



rum magnitudinura ejusdèni generis est mutua quædam secundùm quantitatem habitudo: & rursùs: Proportio est quædam rationum similitudo.

6. Relationem Prædicamentalem adæquatè sumptam secundùm id, quod in intrinseco, & essentiali suo conceptu importat, multiplicari tum ad multiplicationem Fundamenti; tum ad multiplicationem ipsius Rationis fundandi. 7.

Demùm præter Prædicamentalem, dari & realem Relationem Transcendentalem differentem à Prædicamentali in eo, quod Transcendentalis sit intrinseca adæquatè Fundamento proximo, eidemq; essentialis. Atque ex his omnibus



bus, quæ sequuntur Problema-  
ta, & Paradoxa, solvemus.

PROBLEMA I. *An Laureatus  
ille quondam Viennensis Aca-  
demicus Elogia fortissimi cu-  
jusdam Austria Principis per  
omnia Predicamenta ada-  
quate complexus fuerit hoc  
uno Disticho:*

In campo magno pugnabat fortiter  
olim

Filius Ernesti stans, & calefactus in  
armis?

PARADOXVM I. *Archiducem  
esse, speciale, & quidem  
Summum est, Aristoteli ig-  
notum, Predicamenti Genus.*

PROBLEMA II. *An ex eo  
quod Aristoteles doceat Pri-  
mam Substantiam esse magis  
Substantiam quã Secundam  
benè quis inferat, AUGU-*




*STISSIMUM LEOPOLDUM PRIMUM esse inter omnes, qui de facto sunt, Monarchæ Maximum?*

PARADOXVM II. *Augustissimi septem Austriaci Principes, quibus Orbis terrarum de facto gaudet, non plures adinvicem, sed unicam tantum habent, in Numero fundatam, Relationem.*



XIII.

**ENS COGNOSCIBILE POST-PRÆDICAMENTALE.**



NTIS Post-prædicamentalis nomine veniunt proprietates,



tes, sive rationes quædam communes pluribus Prædicamentis ad quæ consequuntur; cuiusmodi quinque, nec incongruè cum Aristotele recognoscimus, videlicet Oppositionem, Prioritatem, Simultatem, Motum, & Modum aliquid habendi. Opposita propriè, & in rigore sumpta illa sunt, & rectè dicuntur, quæ in eodem subjecto secundum eandem rationem simul esse non possunt. Distinguuntur à Disparatis, quod hæc licet diversa sint, non tamen ita se invicem abhorrent, ut simul esse, & existere refugiant. Dividuntur Opposita in Logica, & Physica; & utraque rursus in Contraria, Privantia, Relata, & Contradictoria. Physica



autem Oppositio intercedit inter duo extrema simplicia, vicujus illa & à se invicem, & à subjecto sese excludunt. Hæc verò extrema sic inter se repugnantia nō tantum in Entibus Positivis, sed etiam in Entibus Negativis purè talibus, imò & Impossibilibus, proportionalitèr loquendo, reperiuntur.

At

Logica Oppositio non benè ab aliquibus definitur, ut sic accepta; quod sit affirmatio, & negatio ejusdem de eodem iisdem servatis; sed nec ab alijs, quod sit Repugnantia duarum propositionum circà Veritatem, & Falsitatem; ac proindè meliùs sic à nobis describitur: Logica Oppositio est duarum propositionum e-

jusdem



jusdem prædicati, & subjecti  
secundum qualitatem, vel  
quantitatem repugnantia. Di-  
viditur hæc in Contradictori-  
am, Contrariam, Subcontra-  
riam, & Subalternam. Pro-  
positiones contradictoriè Op-  
positæ de se habent, ut nun-  
quam simul esse possint veræ,  
& simul falsæ, sed necessariò  
semper alterutra vera est, al-  
terutra falsa. Contrariè verò  
Oppositæ licèt nūquam simul  
esse possint veræ, possunt ta-  
men aliquandò in Materia  
contingenti simul esse falsæ. E-  
converso Subcontrariæ in ma-  
teria Contingenti nequeunt si-  
mul esse falsæ, licèt possint si-  
mul veræ esse. At Subalternæ  
in Materia Necessaria aut simul  
veræ, aut simul falsæ necessa-  
riò



riò esse debent; in Contingenti verò potest subinde stare cum falsitate Universalis veritas Particularis, stante adhuc in suo vigore Principio illo: quod dicitur de omni, dicitur etiam de quovis contento sub illo. Quæ omnia non solum de Categoricalis, & Absolutis propositionibus, verum etiam de Hypotheticis, & Modalibus dicta esse volumus.

Alteram, Prædicamenta consequentem affectionem, diximus esse Prioritatem, vi cuius aliquid alio prius, alterumquæ antecedens dicitur. Hæc quintuplex est, Temporis scilicet, quâ Parens v. g. Prior esse dicitur Nato, Natisq; natorum, & qui nascentur ab illis. Naturæ, quæ etiam Physica,



sica, seu Causalitatis nominatur, & est illa quâ Causâ suo Effectu dicitur esse prior, ab eoquè independens; sicut è contrâ Effectus vi ejusdem dicitur esse posterior, & dependens à suâ Causâ. Ordinis, quâ ratione Exordium ceteras partes operis Oratorij antecedit, & in Grammatica Elementa Syllabis, Syllabæ Dictionibus sunt priores. Dignitatis, quâ nimirum aliquis est altero præstantior, & honorabilior, vi cuius, qui Superiores dignitate sunt, Priores appellantur, præsertim inter non paucos Venerabiles Cœtus Religiosorum. Demùm Prioritas à subsistendi consequentia, Logica, seu rationis aliàs appellata, est, quæ reperitur inter

gra-



gradus Metaphysicos, seu Logicos Superiores & Inferiores, vi cuius à Superiori gradu ad Inferiorem valet consequentia, non è contrà.

Tertia Prædicamentorum quorundam Proprietas est Simultas effendi. Hujus in rigore tres tantùm sunt modi, scilicèt vel Temporis, qualem habent, quæ eidem tempori, vel durationi coëxistunt; vel Naturæ, quæ reperitur inter ea, quæ se mutuò inferunt ità, ut unum tamen alterius non sit causa, qualis præcipuè esse solet relativorum, quæ ad se referuntur Relationibus fundatis in Unitate, & Numero: vel demùm Divisionis, quâ Simultate dicuntur simul esse Differentiæ, aut Species, aut alia membra  
ali-



alicujus Totius, aut Generis  
divisiva, vel contractiva, quâ  
talia.

Quarta Prædicamentorum  
affectio est Motus, cujus rectè  
quatuor ab Aristotele assignan-  
tur Species; quarum 1. com-  
prehendit Generationem, &  
Corruptionẽ Substantialem:  
2. Acretionem, quâ res aliqua  
movetur ad majorem quanti-  
tatem, & Decretionem, quâ re-  
ducitur aliquid ad minorem  
magnitudinem, per amissio-  
nem aliquarum partium quan-  
tatis, quas priùs habuit. 3.  
Complectitur Motum, quo  
quid movetur ad qualitatem,  
qui dicitur Alteratio; quæ pa-  
riter duplex est, Acquisitiva sci-  
licet, & Deperditiva; per illam  
qualitas, quæ non habebatur,



acquiritur, per hanc acquisita deperditur, &c. 4. Demùm Motûs species est Latio, quæ est Motus à loco in locum; cujus multiplices sunt differentia, de quibus agere non ad Logicos, sed ad Physicos, Physicoq; - Mathematicos pertinet.

Quinta tandem Prædicamentalis Proprietas est Modus aliquid habendi: hic in septemplici est differentia; quarum prima est Modus habendi aliquid ad instar qualitatis, sic habentur habitus Virtutũ, Scientiarum, &c. 2. Est Modus habendi ad modum quantitatis, sic habetur dimensio secundùm Longum, Latum, & Profundum. 3. Est Modus habendi ad modum vestimenti, sicque



ficque habetur Gladius, Arma, Pallium, Pileus, &c. 4. Modus habendi aliquid ad modum partis, sic habemus Manus, Brachia, Pedes. 5. Modus habendi ad modum Contenti quidem, sed non ad modum partis; sic cista habet pecunias, dolia vinum, cellarium dolia, &c. 6. Modus habendi ad instar rei possessæ, uti Cæsar habet Imperium, Regna, Provincias. 7. Denique; Modus habendi ad instar Parentis, Magistri, Directoris, Ducis; sic Parens dicitur habere Filios, Magister Discipulos, Director Subditos, Dux Milites. Atque; ex istis Post-prædicamentibus hæc proponimus Problemata, & Paradoxa.



PROBLEMA I. *An Apostolici Hungariae Regni Incolis innata cum Turcis oppositio quintum Postpredicamentarium Oppositorum constituat Genus?*

PARADOXVM I. *Potentia una, eademq, Turcarum Caesaris tot Regnorum ac Gentium Dominatrix sibi ipsi, etiam Physicè, per se pè est opposita.*

PROBLEMA II. *An AVGVSTISSIMVS IMPERATOR LEOPOLDVS omnium animas, & affectus Consilio, ac Industriâ possidens, novum adinvenierit, aliquid habendi Modum?*

PARADOXVM II. *Oppositio Relativa inter AVGVSTISSIMOS*




*Post-prædicamentale. 215*  
*MOS AVSTRIÆ AR-*  
*CHIDV CES, est insolubilis*  
*nexus, Summaq; conjunctio*  
*inter eosdem.*



X I V.

*ENTIS COGNOSCIBILIS*  
*TERMINI, NOTÆ,*  
*ET SIGNA.*



**E**NTER pretes  
nostrorum de  
Ente Cognosci-  
bili conceptu-  
um, quin ad hos de illo for-  
mandos, quasi Manuductores  
rudium sunt Termini, Signa,  
& Propositiones. Termino-  
rum autem nomine intelli-  
mus ipsas voces articulatas rei  
alicujus significativas. Voces  
veró



verò, secundum suum esse Physicum spectatas, rectè cum Aristotele definimus: Vox est percussio aëris respirati ad asperam arteriam facta ab anima cum imaginatione aliquid significandi. At secundum quod à Logicis usurpantur, benè, præcisè acceptæ, definiuntur, quod Vox, seu Terminus, secundum se, sit nomen significativum ex instituto finè tempore, finitum, & rectum, cujus nulla pars significat separata. Sin verò in ordine ad propositiones consideretur, non rectè definitur, seu per esse extremum Propositionis; seu per id, in quod resolvitur propositio; seu demùm per id ex quo simplex componitur propositio; verùm longè aptiùs

ter-



Terminus Logicus ille dicitur, qui est vox significativa, & pars intrinsecè, ac ut quòd, constitutiva propositionis. Multifariàm ille dividitur, ad rem de quâ agimus, facit illa divisio, quâ eum in Mentalem, Vocalem, & Scriptum authores partiuntur.

Ex Terminis igitur constituuntur Propositiones; quarum definitio aptior dari nequit vulgatâ illâ: *Propositio*, seu *Enuntiatio* est oratio perfecta aliquid de aliquo per affirmationem, aut negationem statuens, ac enuncians. Cujus *Materia proxima* aliud non est, quam res illa, quæ objicitur intellectui immediatè affirmanda, vel neganda; *Forma* verò est principalis *Copula*,  
K quâ



quâ per identitatem jungitur prædicatum subjecto ; seu è contra in negativis est id quo unum ab altero segregatur formalitèr. Affectiones Propositionis sunt Quantitas, & Qualitas, non Physicè, sed Logicè acceptæ : illa est Syncategorema quoddã, quod tenens se ex parte subjecti indicat Universalitatem, vel Particularitatem Propositionis ; hæc verò est quædam affectio, Propositioni secundùm se sumptæ prorsùs accidentalis, quæ tenens se ex parte Copulæ diffunditur in universam Propositionem, eamque Veram, vel Falsam denominat. Species Propositionum sunt multiplices : receptissimæ hæ ; Categoricalis, Absoluta, Hypothetica, & Modalis



dalis, quarum quævis sub se alias, & alias habet. Porrò

Signum Entis Cognoscibilis rectè dicitur esse id, quod est ad hoc institutum, ut ducat specialitèr Potentiam Cognoscitivam in alteriùs rei cognitionem. Adæquatè sic definitum dividitur in Signum Formale, & Instrumentale: illud est, quod informando Potentiam, eamquè determinando facit formalitèr, ut aliquid cognoscatur; hoc verò, est illud, quod prout extrinsecè informatum, cognitumq; facit aliquid alicui innotescere. Dividitur hoc denuò in Naturale, & Arbitrarium, seu ad placitum: Naturale est, quod ex naturâ suâ, ut Fumus ignem, Arbitrarium autem ex hominum



placito, ut hederà vinum vocale, significat. Istud in esse Signi formalitèr non constituitur seu per Relationem aliquam, seu per aliquem Modum; nec etiam per solam Voluntatem Institutoris; sed essentialitèr constituitur in esse significativi per Speciem quandam ad Signi talis præsentiam excitari solitam in percipientibus illud, illius rei, quæ per Signum significatur.

Inter Signa Arbitraria humanæ voces sunt (de quibus paulò antè) quæ quamvis in quodam sensu, quatenùs scilicet datæ sunt hominibus à natura, ut per illas significant intrinsecas suas animi affectiones, dici possint Signa præcisè naturalia, hoc est naturalitèr insti-



instituta ad significandum; quatenus verò significativæ sunt quarundam determinatarum rerum, non hoc à natura, sed à mero hominum placito sortiuntur, adeòq; absolutè inter Signa Arbitraria sunt censendæ; tametsi quædam assumptæ sint ad significandas res quasdam, propter connaturalem habitudinem, quam cum rebus habere videntur; & aliæ fundamentum in rebus ipsis, quas significant, nanciscantur. Primariam autem significationem quam ipsæ habent respectu loquentis per modum Argumenti, & Probationis, non inde sortiuntur, quasi mera illis illam indidisset consuetudo, sed ex obligatione orta ex pacto, & conventionem quâ-



dam, quasi morali, in quam homines ob commune confortium censentur moraliter consensisse.

An autem Voces, & Signa alia Arbitraria, Res primario an Conceptus significant, dubium, controversumque est inter Authores; in qua difficultate enodanda nobis media quasi via est incedendum; ac proinde dicimus: directe, immediate, & ex primaria institutione Voces prius excitant Species, & apprehensiones Rerum quam Conceptuum, adeoque in ratione Imaginis prius significant Res, quam Conceptus; per modum vero Argumenti, & in ratione Finis eadem prius, & immediate significant Conceptus, illisque  
me-



mediantibus Res ipsas: adeoq; verum censemus esse, quod non solum notitia Rerum propter se sit expetibilis, verum etiam æquè, imò fortè magis notitia Conceptuum animi, propter se, & non tantum propter notitiam Rerum, cum qua quandam habet coñexionem, sit absolutè expetibilis. De Signis verò scripto expressis sic tenemus; quod illa unâ cum formali rerum Specie, seu apprehensione immediatè, imò simul, excitarè soleant paritèr ipsarum Vocum apprehensionem. Porrò dum Signa Conceptus immediatè significant, ità illorum sunt manifestativa; ut pro iisdem tamen non supponant, prout præstant dum ipsarum Rerum sunt significa-



224 *Entis Cogn. Terminativa.* Atque ex istis hæc Problemata, & Paradoxa resolvi posse censemus.

PROBLEMA I. *An probabile sit de facto Linguas, & Idiomatica primaria habere significationem non ex Institutione Humana?*

PARADOXVM I. *Characteribus igneis sæpè securius, quàm calamo exaratis, nostros Amicis possumus manifestare de rebus agendis conceptus.*

PROBLEMA II. *An labor in addiscendis varijs Linguis solùm consistat in formandis Impressis vocum, ac rerum Speciebus, vi quarum, auditis vocibus, statim deveniamus in cognitionem Rerum, ac Conceptuum alienorum?*

PARA-



PARADOXVM II. *Zyphra quantumvis occulta, quibus uti hoc ævo solent pleriq<sup>3</sup> hominum ad suos manifestandos conceptus, longè faciliùs sunt perceptibiles, quam eorundem expressæ voces,*



XV.

*ENTIS COGNOSCIBILIS  
VERITAS.*

**S**Uprà in sinuavimus Veritatem, eique oppositam Falsitatem accidentales quasdam esse Propositionum affectiones, sive formalitèr illæ sumantur, sive objectivè, & quidem positivè contrarias: ac proindè nunc



de Veritate præcipuè agendū ; utpotè quâ cognitâ , facilè illius contraria elucescet. Illa duplicitèr accipitur, pro Transcendentali scilicèt , & conveniente Entibus omnibus , quæ consistit in entitate objecti, quod tale est, ut ex affirmatione ejusdem non sequantur duo contradictoria ; & definirè rectè solet eam esse, quæ correspondet perfectissimo conceptui, qui de Ente formari potest ; & pro Formali, quæ Veritas in cognoscendo nominatur ; quæ rursùs duplex est, alia nimirùm opposita Ignorationi , alia Falsitati ; illam vocamus Veritatem Imaginis, & consistit in conformitate solùm in repræsentando, involvente ordinem quendam



dam transcendentalem Imagi-  
nis ad suum Imaginatum: istam  
verò dicimus Veritatem Signi,  
& propriè talem, utpotè for-  
malitèr oppositam Errori &  
Falsitati; quæ consistit in eo,  
quod non solùm repræsentet  
objectum, cujus est Imago,  
sed prætereà dicit modum, quo  
objectum illud est, vel non est  
eamque definimus sic: Veri-  
tas Formalis est conformitas  
operationis cognoscitivæ cum  
objecto cognoscibili. Ubi  
certum existimamus esse, in-  
primis hanc Conformitatem  
actûs cum objecto non debere  
esse talem in essendo; & dein-  
dè, Cognitionem, seu Conce-  
ptum Formalem semper esse si-  
milem Objectivo conceptui si-  
vè cognitio vera sit, sive non



fit; ac proindè tertio certum etiam esse arbitramur hujusmodi Similitudinem non sufficere ad Formalem Veritatem, uti multi opinantur, sed requiri necessariò ad illam, ut Conceptus Objectivus, seu Objectum quod cognoscitur, existat eo modo in se, quo cognoscitur. Hinc

Hæc Formalis Veritas nec in Sensu ullo, seu Externo, seu Interno, nec in ullo Appetitu; imò nec in Prima Intellectûs operatione; sed in solo actu Intellectualis Judicij objecto suo conformi formalitèr tantum est reperibilis. Quo non obstante, adhuc tamen dicere possumus in Prima Intellectûs Apprehensione dari Veritatẽ vel primò dispositivè, in quantum



tum scilicet disponit, ac determinat intellectum ad Formale Judicium Verum; vel secundò præsuppositivè, in quantum subindè præsupponit Apprehensio aliquod unum Judicium, ut contingeret in casu quo quis apprehenderet Alexandrum esse Filium Philippi, in quo supponeretur verum Judicium de eadem filiatione. Ex quo ritè inferimus, quod sicut Veritas Formalis adæquatè sumpta consistit in perfecta adæquatione actûs cum objecto; ità è contrà Falsitatem Formalem consistere in inadæquatione, seu difformitate actûs cum objecto; ac consequentè utramque essentialitè & intrinsecè in suo esse adæ-



quato per Actum, & Objectum  
constitui. Porro

In præfenti adhuc disputari  
folet, an possit aliquis Actus,  
idem manens, vel pro eodem  
tempore, simul esse formaliter  
Verus, & Falsus; vel saltem  
pro diverso tempore? in qua  
quæstione nobis videtur pro-  
babilius 1. Implicare idem For-  
male Judicium esse simul ve-  
rum, & falsum eodem tempo-  
re circa unum, idemque obje-  
ctum, vel etiam circa diversa,  
sive hæc Copulativè, sive Dis-  
junctivè, sive Indefinitè su-  
mantur; quod verum est et-  
jam de illis actibus, & propo-  
sitionibus, quæ dicuntur falsi-  
ficantes se ipsas. Quoad alte-  
ram dubitationis partem, sup-  
posito ex dicendis in Physica  
Actum



Actum Intentionalem non identificari cum suis durationibus, posseque eundem actum indivisibilem, entitative acceptum, continuari per aliquod spatium temporis divisibilis, dicimus videri nobis probabilius esse; posse eandem numero propositionem in materia contingenti transire de Vera in Falsam, & è contrà, si præsertim illa non affirmet, v.g. cursum Petri durare, aut toto quadrante collectivè, aut disjunctivè, aut indeterminatè, sed determinatè tantùm, & de præsentitè, ut actus duret per tempus aliquod affirmans cursum de Petro in primo instanti independentèr à secundo, & secundo independentèr à primo, & tertio; quam conclusio-

fio-



sionem nostram commodè etiam defendi posse per Statum Conditionatum & Absolutum probabilitèr existimamus, quatenùs scilicèt ex parte objecti potest aliqua Propositio importare tempus solùm intransitivè, & sub conditione, ad instar illarum propositionum, quæ à Philosophis dicuntur *Æternæ Veritatis*.

Circà Propositionum Veritatem de Futuro, sic statuimus; in primis certum esse, quod de Futuris *Necessarijs* detur determinata Veritas etiam in ipsa natura rerum, & in causis ipsis *Creatis* non indifferentibus ad ponendam utramque contradictionis partem; sic verum est quod hodiè Sol occumbet, cras orientur,



tur, Vigefimâ Martij erit Ver-  
num Æquinoctium, &c. De-  
indè æquè, fi non magis, cer-  
tum eſſe, quod de Futuris Con-  
tingentibus detur in Divina  
Præſcientia determinata Veri-  
tas Futurorum Contingenti-  
um, quæ etiam dabilis eſt ab-  
ſolutè in ipſa Divina Revela-  
tione. Tertiò paritèr certum  
eſſe arbitramur dari de factò  
determinatam Veritatem de  
Futuro Contingente Abſolu-  
to reſpectu duarum Propoſi-  
tionum Contradictoriarum de  
eodem.

Hæ autem propoſitiones  
de Futuro Contingenti deſu-  
munt ſuam Veritatem Forma-  
lem ex infallibili rei eventu; &  
è contrà Falſitatem ex non fu-  
tura rei exiſtentia, quæ Deus  
ob



ob Plenitudinem, & Infinitatem Divinæ suæ Omniscientiæ non minùs videt, quam si de facto essent præsentia. Ad quæ addimus etiam propositiones de Futuro Contingenti Conditionato esse determinatè Veras, vel Falsas absque ullo præjudicio Humanæ Libertatis, & absque ulla Contradictione, quæ fortè apparere posset in eo, quod Infalibilis DEI Scieentia præcedat necessariò Actum Liberum; quem tamen, nè fallax sit, aut libertati omninò noxia, necessariò præsupponere debet, ob Catholicam Veritatem illius causalis; ideò Deus cognoscit Peccatum ab Æterno, quia Peccatum existit  
in



in tali duratione, & non è contrà.

Ex quibus rectè tamen colligimus in vanum ab Astrologis Judiciarijs quæri certam Futurorum Contingentium, & præsertim Liberorum in Syderibus, & Cœlestibus Corporibus, eorumq; Motibus, Aspectibus, ac Influentijs, Præscientiam, atquè adeò, eorundem Prædictiones, & Ariolationes de iisdem esse Inanes, & Superstitiosas, Fideq; Humanâ indignas, & quidem non solùm ex defectu Astrologorum non benè callentium suam Artem, sed ex defectu etiam ipsius Astrologiæ, quam, quatenus promittit certas, & infallibiles Prædictiones de dictis Liberis Futuris Eventibus



bus Falsam esse asseveramus. Quod si subindè contigerit fuisse veras, dicimus id casualissimè evenisse, & non ex dispositione Syderum, aut Cœlestium Corporum, sed ex ipsâ dispositione Causarum Humanarum, & Politicarum, ex quarum penitiori consideratione posse probabiliter Futura quædam conijci à Viris Prudentibus, non diffitemur. Atquè juxtà hæc de Veritate Entis Cognoscibilis Placita, sequentia Problemata, ac Paradoxa solvenda proponimus.

PROBLEMA I. *An ex Privilegijs gratiosè concessis ab Augustissimis Austria Principibus, Universitati, & Academicis Græcensibus, rectè deducatur eandem propositio-*



tionem transire posse de falsa in veram?

PARADOXVM I. *Actus quo, vel oculus iudicat Solem esse lucidum, vel manus censet ignem esse calidum, non est formaliter Verus.*

PROBLEMA II. *An, dato, quod fulserit nuper novus in Cœlo Cometes, ipse tamen nec bona, nec mala predicendi peritis Astrophilis materiam præbuerit?*

PARADOXVM II. *Veritas præcedentis Problematis, quæ purè est contingens, verà tamen fuit ab aeterno, & quidem necessario.*







XVI.

*ENTIS COGNOSCIBILIS COGNITIO  
DISCURSIVA.*



**A**D Cognitionem Discursivam de Ente Cognoscibili, quæ est quidam quasi Mentis Cursus ab una cognitione in aliam propriè spectare censemus tres sciendi Modos, Definitionem scilicèt, Divisionem & Argumentationem. Porrò Modus sciendi aptè definitur, quod sit instrumentum Logico artificio compositum ad Veritatem Scientificam perfectè adipiscendam : sicut & ipsa Definitio, & quidem absque  
cir-



circulo , quod sit sciendi Modus explicans rei naturam , & essentiam : & Divisio quæ est Modus sciendi explicans alicujus totius naturam per distributionem ejusdem in suas partes : & demum Argumentatio , quæ est sciendi Modus, in quo unum ex alio inferri per particulam illativam , ergò, aliamvè ipsi æquivalentem , denotatur : cujus bonitas & rectitudo sita non est formaliter in Veritate propositionum, sed in ipsa Connexione consequentis cum Præmissis, seu Antecedenti ex quo infertur. Dividitur Argumētatio in perfectam , & imperfectam : hujus Species sunt communes illæ, Enthymema, Inductio, Exemplum, Dilemma , & Sorites :  
illi-



illius verò Syllogifinus ; cujus Species totuplices sunt , quotuplices suprà enumeratæ sunt Species Propositionum ; quantumvis non incongruè rursus à Dialecticis quælibet ex his Syllogifini Speciebus in alias , & alias subdividantur.

Definiri autem solet Syllogifinus cum Aristotele communiter : quod sit oratio , in quâ quibusdam positis aliud quid ab his , quæ posita sunt , ex necessitate accidit , eò quod hæc sint. Illius Materia Remota sunt solùm tres Termini , Proxima tres tantùm Propositiones : Forma verò ejusdem , est ratio illa , vi cujus ex Præmissis ritè dispositis Conclusio infertur : consistit hæc ratio , seu Dispositio in Figura , & Modo : Figu-  
ra



ra aliud hoc loco non est, quam artificialis quædam forma, quæ ex terminis, & propositionibus ordinatis, & distinctis resultat, per quam Syllogismi ab invicem extrinsecè differunt, non secùs quam ex varia lapidum, cimenti, lignorum, &c. dispositione varia domorum, ædificiorumq; figura consurgat. Hæc autem Syllogistica Figura triplex est tantùm; illa, quam Galeni dicunt, aut omninò superflua est, & inutilis, aut ad unam ex Aristotelicis reducitur. Modus verò est duarum præmissarum ordinatio secundùm debitam quantitatem, & qualitatem, iisdem cõvenientem, &c. Perro

Vis, ac potentia Syllogi-  
L zan-



zandi actu, aut quod idem est, actualis Syllogisticus Discursus, quocunq; modo sumatur, non reperitur in DEO, utpotè repugnans perfectissimæ illius omniscientiæ: non etiam in ullis Brutorum potentijs, aut facultatibus, utpotè transcendens illorum perfectionē. Angelis, verò respectu eorum, quæ intuitivè nō cognoscunt Discursū pariter concedimus; secūs intuitu illorum, quorum notitiam intuitivam, & claram habent. Ac proinde propriè, & absolutè loquendo soli Homini convenit Syllogisticus Discursus, & id quidem ratione solius Intellectivæ potentiæ, ac Tertiæ tantum ejusdem operationis, cum quâ Formalis Discursus identi-

fica-



ficatur, nequè ab illa distingui posse censemus, nisi ab ijs, qui quartam mentis adstuerere vel-  
lent Operationem.

Cum autem indubitatum nobis sit duas Præmissas in Discursu Syllogistico esse causas conclusionis, & non meras tantùm, ac puras conditiones, meritò quæritur an præcedant, & quâ prioritate Conclusionem, ac quonam genere causæ eandem causent? Circà quod nobis sic videtur statuendum, Præmissas scilicèt non tantum prioritate quâdam naturæ, sed ordinariè, etiam temporis, quodammodò præcedere Conclusionem, ità quidem ut necessaria quoq; sit earundem in tempore eodem cum Cōclusionem coëxistentia;



in quo Præmissæ Mentales, à Vocalibus differunt, quod scilicèt hæ transeant, illæ perseverent cum Conclusionem. Nequè tamen improbabile censemus, quin sæpè contingere putamus, quod promptissimi ingenij homines, qui assiduo, diuturnoq; exercitio sæpiùs è Præmissis intulère Conclusionem, possint eodem temporis momento Præmissas, simul, & ex ijs Conclusionem elicere.

Quòad secundam Quæsitam partem attinet, longè probabilius existimamus Præmissas concurrere ad Conclusionem, non in genere causæ efficientis, sed tantùm in genere causæ formalis extrinsecæ, ac determinativæ Intellectûs, qui præbito assensu Præmissis certo,



to, ac evidenti, ità illo necessi-  
tatur tam quòád necessitatem  
specificationis, seu contrarie-  
tatis, quam quòóad necessita-  
tem contradictionis, seu exer-  
citij, ut nequeat etiam per im-  
perium Voluntatis directè seu  
dissentire, seu suspendere af-  
sensum Conclusionis. Ex quo  
quamvis, istius assensûs sit pro-  
ptèr Præmissas, & ex Præmis-  
sis, non tamen benè inferri  
posse putamus, assensum Præ-  
missarum formalitèr intrinse-  
cè & propriè esse ipsum assen-  
sum, seu in assensu Conclusio-  
nis.

An verò objectum Præ-  
missarum distinctum sit reali-  
tèr ab objecto Conclusionis,  
partem negativam judicamus  
probabiliorem; quantumvis



& admittamus inter illa Distinctionem rationis ratiocinatae, & asseramus assensum Conclusionis attingere, seu ferri in ipsum, etiam Formale, præmissarum Objectum. Nec tamen propterea arbitramur ad Conclusionis assensum necessariam esse reflexam aliquam in actu signato cognitionem seu connexionis extremorum cum medio in Præmissis, seu reflexæ bonitatis Consequentia, ac Illationis, seu demum identificationis realis objecti Præmissarum cum objecto Conclusionis; per quod tamen minime negamus aliquam reflexionem in actu ipso exercito, æquivalenter talem, in dictis intervenire. Ex quibus pariter habemus *Discursum Formalem*



lem Syllogisticum nec in solis Præmissis, nec in solâ Conclusionem, sed in utrifq; , tanquam in partibus suis essentialibus, adæquatè & formalitèr constare. Undè Problematum, & Paradoxorum sequentium eruemus solutionem.

PROBLEMA I. *An Canis Venaticus ad viarum divortia, vestigia fera, quam insequitur, perlustrans sagaci suo odoratu hunc Syllogisticum Discursum efformet: Fera, quam persequor aut hâc, aut istâc, aut illâc divertit, atqui non hâc, non item illâc, restat ergo istâc progressam esse?*

PARADOXVM I. *Imperitus omninò Artis Discurrendi aptius ignota, eorumq; probabili-*



*bilitatem absq̄ Discursu con-  
jicere valet, quam multi si-  
mulejusdem Artis periti plu-  
ribus discursibus, ac ratioci-  
nationibus.*

PROBLEMA II. *An si Volun-  
tas suo imperio impedire pos-  
set Intellectum, post assensum  
Premissarum, ab assensu Cō-  
clusionis, posset eadem pari-  
tèr efficere, ut apertis, ritèq̄  
applicatis oculis ad viden-  
dum, lux meridiana non vi-  
deretur?*


PARADOXVM II. *AUGU-  
STISSIMUS LEOPOL-  
DVS IMPERATOR mi-  
nimo nutu impedire potest  
assensum Conclusionis cujus-  
cunq̄ Græcensis Academici,  
quod omnibus suis exerciti-  
bus, ac potentiâ prestare ne-  
quit Cesar Turcarū. XVII.*





## XVII.

ENTIS COGNOSCIBI-  
LIS COGNITIO DE-  
MONSTRATIVA.



Emonstrati-  
væ Cognitionis  
nomine hoc lo-  
co venit Syll-  
gisticus Discu-  
sus, qui habens medium ne-  
cessarium, per quod rem qua-  
sì digito demonstrat, dicitur  
faciens formalitèr scire. De-  
finiri solet, quod sit Syllogif-  
mus Scientialis constans ex  
Præmissis veris, primis, im-  
mediatis, notioribus, & prio-  
ribus, causisque Conclusionis.  
At brevius, & aptius definiri  
per essentialia sic posse judica-



mus : Demonstrativa cognitio, seu Demonstratio est Discursus Syllogisticus in quo ex Præmissis evidentibus ritè dispositis sequitur evidenter Conclusio. Dividitur dupliciter in Demonstrationem scilicet propter quid, seu à priori, quæ etiam Potissima dicitur, & in Demonstrationem quia, seu ab effectu : cui utriusque membro divisivo data definitio convenit univocè ; scilicet prius data, quæ soli Demonstrationi Potissimæ competere potest : quæ necessariò esse debet formalis Syllogismus, & quidem in rigore in prima Figura, & in primo ejusdem Modo : opus est prætereà ut habeat Præmissas veras, seu conformes objecto :  
quæ



quæ sint primæ, & immediata, vel formalitèr, vel ad minimum virtualitèr, & reductivè ità, ut statim resolvi possint in Prima, & Universalissima Principia, qualia esse & dici solent, Axiomata, Dignitates, Maximæ, Pronuntiata, aliaque à priori indemonstrabilia, & lumine naturæ nota: quæ idcirco dicuntur priora & notiora, non nobis, sed naturâ, utpotè quæ sunt magis abstracta, & universalia: occasione quorum

Quæri hîc solet an simpliciter sit verum Principium illud: Propter quod unumquodque tale, & illud magis? Ad quod respondemus affirmativè, & præcipuè in causis Motivis & Finalibus; in alijs



verò si adnexas habeat has tres conditiones : 1. ut formæ illæ inter quas fit comparatio suscipiant magis & minus. 2. Ut ratio illa propter quam alterum est tale , in utroq; inveniatur formalitèr : 3. ut unum sit causa proxima , & adæquata cur aliud sit tale , Principium dictum verum est in omni alio causarum genere. Insuper

Ad Potissimam Demonstrationem necesse est, ut Præmissæ sint necessariæ necessitate absolutè Metaphysicâ ; nec Physica, aut Moralis necessitas, rigorosè, loquendo ad illam est sufficiens, utpotè talis quæ saltem Divinitus impediri valet. Ampliùs ad illam requiritur ut Præmissæ sint causæ Conclusionis,



nis, tam quò ad inesse prædicati subjecto conclusionis, quam quò ad assensum ejusdem. Adduntur adhuc, nec absque fundamento, tres aliæ conditiones ad rigorosam Demonstrationem necessariæ, tenentes sese quasi ex parte materiæ Demonstrationis, ut scilicet Præmissæ sint Universales propriè, sint per se, & sint secundum quod ipsum. At hujusmodi omnes conditiones non ita simpliciter necessarias esse existimamus, ut defectu alicujus, vel etiam plurium ex ipsis, nulla possit planè dari Demonstratio; quamvis verum omninò sit, quod quò pauciores defuerint, adfuerint plures, eò perfectior futura sit Demonstratio.



Porro quò ad Præcognita,  
& Præcognitiones ab Aristotele prærequiritas attinet, sic tenemus: ex illis necessariò ad omnem Demonstrationem tria esse necessaria, nempe Subjectum, & Prædicatum Conclusionis, & Præmissas, seu medium terminum in præmissis, nec plura, nec pauciora, loquendo de primis Præcognitis; de quibus, præterquàm præcognoscendum sit, quid nominis sint; de subjecto insuper præcognoscendum est etiam an sit, & quid sit, secùs de prædicato. Præcognitiones verò quibus hæc Præcognita antè Demonstrationem præcognosci debent sunt solũ duæ, nempe Præcognitio an sit, & Præcognitio quid sit: il-

la



la est ex qua oritur affirmatio, sicque præcognoscitur subiectum Conclusionis in Demonstratione Potissima; Præcognitio verò quid sit, est illa quæ præcognoscitur essentia rei, non quidem explicitè, quo modo præcognoscitur prædicatū Conclusionis in Demonstratione. Varietas autem Præcognitorum, & Præcognitionum rectè desumitur, ista quidem ex modo duplici universalitè præcognoscendi; illa verò ex numero eorum, quæ prærequiruntur ad assensum Conclusionis.

His addimus Præmissas Demonstrationis esse evidētiōres, non tamen certiores Conclusionē, nisi fortè appetitivè, quatenus scilicet si  
de



de alterutris foret dubitan-  
dum, Intellectus dubitaret po-  
tiùs de Conclusionem, quam de  
Præmissis propter illius ad has  
quandam quasi subordinatio-  
nem. In Demonstrationibus  
autem nullum dari processum  
in infinitum ; nullumvè for-  
malem circulum, in quo unum  
(ut Vetustiores Philosophi fa-  
ciebant ) probetur per alte-  
rum , & vicissim, certum no-  
bis est, & omninò evidens: quo  
tamen non obstante dari, ef-  
seque utilem Regressum, seu  
Circulum materiale, per  
quem, postquam per effectum  
probavimus causam Demon-  
stratione à posteriori, regre-  
dimur ad probandum effe-  
ctum per causam Demonstra-  
ne à priori, omninò certum  
cum



cum Aristotele judicamus. Atque ex his de Cognitione Entis Cognoscibilis Demonstrativâ, hæc solvi posse Problemata, & Paradoxa putamus.

PROBLEMA I. *An rectè, ex Aristotele docente 2. Poster. text. 8. medium Demonstrationis debere esse definitionem passionis, dicere possimus; Eclipsim Solarem futuram trigesimâ die currentis Martij demonstrari optimè posse de Sole per definitionem Eclipsis?*

PARADOXVM I. *Qui demonstraret de Triangulo Equilatero, quod habeat tres angulos æquales duobus rectis, peccaret contrâ regulas perfectæ Demonstrationis.*

PARADOXVM II. *An ex eò quod*



*quod de homine demonstrari possit, quod sit risibilis, bene sequatur, potentiam ridendi in eodem, inde oriri, quod Discurrens possit incidere in objectum turpe sine dolore excitativum risus?*

**PROBLEMA II.** *Essentia Accidentium nobis ad sensum notissimorum, non sunt nota magis quam Substantia, quae à sensu sunt remotissima.*



**X V I I I.**

**ENTIS COGNOSCIBILIS SCIEN-  
TIA.**



Cientia Entis Logicè Cognoscibilis, quæ est effectus qua-



sì quidam Demonstrationis propriè, & in rigore sumpta benè definitur; quod sit Cognitio certa, & evidens per causam quâ res est, quæ non contingit aliter se habere. Eam dari, & quidem de novo, neq; solâ esse Reminiscentiam, nobis est indubitatum. Dividitur in Actualem, & Habitua-lem; & rursùs utraq; in Speculativam, & Practicam. Actualis Speculativa est notitia quædam intellectualis, quæ ex se non ordinatur ad Praxim, sed sistit in pura sui objecti contemplatione. Practica verò è contra ea est, quæ ex se ordinatur ad Praxim, seu operationem: ordinari autem ad operationem ex se, est sic ordinari, ut positâ cognitione

Pra-



Practicâ in Intellectu , non requiratur alia ad hoc ut operetur , sed accedente imperio Voluntatis , possit fati ab ea dirigi ad operandum ; adeòq; essentiam Cognitionis practicæ in eò sitam esse dicimus , quod sit ultimò directiva ex parte intellectûs ad opus quâ operabile, explicando modum quo opus ipsum vel fit, vel factibile est juxtâ debitum, & convenientiam , quam habet Natura Rationalis adhibendi talem modum si velit operari ; atque ex hoc ipso sequitur alia conditio necessariò requisita ad Cognitionem simpliciter practicam , videlicet eam esse debere de re à nobis operabili ; undè Cognitionis de modo movendi Cœlum, creandi Mundum



dum , fabricandi Castella in aëre nobis non est simpliciter practica , utpotè qui potentiam ad illum motum , creationem , & fabricam non habemus.

Dari autem Scientiam non solum de Entibus Realibus , Necessarijs, & per se, sed etiam de Contingentibus, Caducis, Temporalib<sup>9</sup>, & per accidens; imò & de ipsis non Entibus, ac Entibus Impossibilibus nobis videtur esse probabilius , & conformius Doctrinæ Aristotelicæ ; & quidem non solum sub ratione Universali, sed etiam sub ratione Particulari , & Singulari ; atque adeo de ipsis Singularibus quâ talibus non modò non implicat perfecta, ac rigorosa Scientia, sed



sed necessariò de illis, etiam de facto, dari adstruere debemus; si præsertim salvam volumus Doctrinam quam tradidit Aristoteles de quatuor Modis cõcludendi scientificè in Prima Figura. Porrò

Certitudo, & Evidentia, à quibus Cognitio Scientifica dicitur Certa, & Evidens, non sunt omnino inter se idem; sed Evidentia est claritas quædam, ratione cujus Potentia cognoscitiva apertè, & perspicuè cognoscit, ac quasi intuetur objectum. Ea duplex est, Formalis alia, alia Objectiva: Formalis est quæ informando potentiam causat, ut clarè, & dilucidè percipiat objectum: Objectiva verò est claritas in objecto, quâ obicitur manifestan-



festando se potentia. At Certitudo est ratio talis, quâ Intellectus informatus itâ adhæret firmitèr Veritati, ut ab illâ nullatenùs possit divelli. Hæc ipsa paritèr Formalis est, & Objectiva : illa est firmitas adhæfionis Potentiæ cognoscitivæ ad suum cognoscibile absquè ullâ dubitatione: ista autem est firmitas, & immobilitas in Veritate objecti, itâ ut illud dicatur, & sit certum objectum, quod habet Veritatem immutabilem ; sive jam talis immutabilitas sit, quæ dicat negationem potentia se alitèr habendi simpliciter, & absolutè, sive saltèm ex suppositione.

Undè inferimus tam Certitudinem, quam Evidentiam non consistere adæquatè in so-



lo actu Intellectûs formalis Evidentiæ, & Certitudinis, sed essentialitèr importare, illam quidè m firmam adhæſionem ex parte Intelligentis potentia, & necessitatem Veritatis objecti; hanc verò claritatem talem, quæ oriatur ex ipsâ simul claritate objecti, & cognitionis circà ipsum versantis, ità ut præciso quocunq; imperio Voluntatis, & influxu, qui non sit objectivus, adhuc convincatur Intellectus ad præbendum assensum, & ad nõ dissentendum Vero cognito evidentèr; utramq; porrò ad omnem in rigore Scientiam requiri, censemus esse indubitatum.

An autem, ex suppositione, quod Intellectus humanus ha-  
be-



bere possit plures simul act<sup>9</sup>, ac simul judicare seu plures propositiones objectivas, seu eandem, sed secundum diversa motiva, an inquam sit talis incompatibilitas inter Scientiam, Opinionem, Fidemq; actualem respectu ejusdem Intellectus, ejusdemq; objecti terminativi, ut Intellectus idem nequeat simul scire, credere, & opinari eandem propositionem objectivam veram esse? In qua controversia pars negativa nobis videtur longè probabilior; ac proindè censemus implicare, ut in eodem Intellectu, eodemq; tempore simul stent actus Scientiæ, & Opinionis, circa idem objectum tam materiale, quam formale; sive deindè actus Opinionis sit jun-



ctus Formidini actuali, sive etiam radicali.

Nomine autem Actualis Formidinis intelligimus illam esse, vi cujus stante motivo opinativo, Intellectus actu judicat, quod objectum possit aliter se habere. Nomine vero Virtualis nobis venit talis modus tendendi intellectualis potentiae in aliquam conclusionem, adeo ex se debilis, ut ex vi illius praecise oriri possit secundum Judicium, in quo consistat Actualis formido, quamvis in primo illo actu formaliter non reperiat. Nomine demum Radicalis, Formidinem illam intelligimus, quae consistit in eo, quod actus qui ex suo modo tendendi ob motivum probabile ita assenti-

tur



etur conclusioni, ut ex vi talis assensûs solum dicere possit, quod Conclusio, quantum est ex parte illius motivi possit se aliter habere; non possit autem dicere, quod possit se aliter habere simpliciter. Motivi porro nomine id intelligi debere dicimus, & quidem Scientiæ, quod est essentialiter connexum cum veritate, & infallibilitate objecti. Fidei, quod connexum est cum veritate alicujus loquentis, vel attestantis cum veritate objectiva; & deniq; Opinionis, quod connexionem habet cum veritate objectiva, duntaxat probabili.

Quod verò diximus de actu Opinionis, & actu Scientiæ, idem dictum volumus de actu Scientiæ, & actu Fidei,



quos omninò incompoffibiles reputamus de eodem objecto in eodem Intellectu, eodem tempore. Quæ conclusio nihil officit Fidei, & Scientiæ, quâ Viri Sanctiffimi, & credunt, & sciunt Deum esse, & existerre. Ex quibus consequentè inferimus eundem actum nulatenùs posse habere simul formalem rationem Scientiæ Fidei, & Opinionis.

Ex frequentatione actuum oriuntur Habitus, quorum nomine, jam suprâ diximus, intelligi facilitatem quandam, quâ adjuta Cognoscitiva Potentia faciliùs exercet actus à se elicibiles. Dividuntur multipliciter; sed sufficiet hîc indicâsse ad rem præsentem facere divisionem illam, quâ Intel-



telleſtualis Habitus dividi ſo-  
let adæquatè in Intellectum,  
Sapientiam, Prudentiam, Sci-  
entiam, Artem, & Opinio-  
nem. Intellectus, qui hîc  
non ſumitur pro ipſa Intelle-  
ctiva potentia, eſt intelleſtua-  
lis illa notitia, quæ verſatur  
circà prima principia, & per  
ſe, ac lumine naturæ nota;  
quæq; dicitur Habitus primo-  
rum principiorum. Sapien-  
tia eſt notitia rerum præſtan-  
tiſſimarum, & maximè uni-  
verſalium per altiſſimas ipſa-  
rum cauſas. Prudentia eſt no-  
titia actionum humanarum  
ſingularium in genere moris,  
quòád bonitatem, & hone-  
ſtatem moralem, ut rectè, &  
laudabiliter fiant. Scientia  
eſt notitia rei certa, & evidens



per causam, per quam res est; & non contingit aliter se habere. Ars, propriè, & juxtà mentem Aristotelis 6. Ethic. c. 4. est Habitus cum vera ratione effectivus eorum, quæ esse, & non esse possunt, quorum principiū est in eo quod facit; non verò in eo quod efficitur. Opinio demùm est notitia, quæ habetur de rebus contingentibus, & non necessarijs, probabilis, & obscura, non certa, & evidens.

Dari autem Habitualement Scientiam, seu Scientificos Habitus censemus esse indubitatum, atquè ratione, & experientiâ testatissimum. Dividitur illa adæquatâ divisione in Speculativam, & Practicam rursusq; illa in Physicam, Ma-  
the-



thematicam, & Metaphysicam; hæc verò in Logicam, & Ethicam. Quæ rectè dici possunt genere quodam subalterno inter se differre, utpotè earum quælibet habens suum objectum formalitèr diversum in ratione Scibilis. Quatenùs Totales sunt harum singulæ, non sunt qualitates aliquæ simplices, & indivisibiles, sed aggregata quædam ex pluribus Habitibus Partialibus in unum còalescentibus per unitatem aggregationis.

Demùm ad has quinque Totales Scientias, duas scilicèt Practicas, & tres Speculativas reducuntur ultimò aliæ omnes, quæ propriè rationem Scientiæ participant, tanquam Subalternatæ ad suas Subalter-



nantes. Ad hoc verò, ut una Scientia alteri subalternetur multi multas requirunt conditiones; nos tres sufficere arbitramur: 1. Est ut Scientia Subalternata habeat idem objectum, saltè partialè, quod habet Subalternans, & eundem modum abstractionis: sic Medicina subalternatur Physicæ, utpotè quæ habet pro objecto Corpus Sanabile, quod etiam consideratur à Physica. 2. Conditio est, ut Subalternata consideret objectum Subalternantis cum aliqua limitatione, & non secundùm totam latitudinem sub quâ consideratur à Subalternante: sic Medicina cōsiderat Corpus Naturale sub limitatione Sanabilis, sub quâ limitatione illud non

attin-



attingitur à Physica. 3. Con-  
 ditio requisita est, ut Subalter-  
 nata assumat aliquas propofi-  
 tiones tanquam certas, quas  
 ipsas supponit demonstratas à  
 Subalternante; sic Medicina  
 assumit tanquam certum, quod  
 excessus caloris tollatur frigo-  
 re; quodq; unum contrarium  
 curetur altero; quæ probantur  
 à Physica, usq; ad ultima prin-  
 cipia. Undè concludimus Lo-  
 gicam ( quod idem sentimus  
 de alijs quatuor jam enumera-  
 tis Scientijs Totalibus) secun-  
 dùm se adæquatè acceptam al-  
 teri nulli, nisi illius Subalter-  
 nari Scientiæ, qui Principium,  
 & Finis est Scientiæ omnis,  
 DEVS Optimus Maximus, cu-  
 jus Majori Gloriæ hæc nostra

Ra-



Rationalis Philosophiæ Placita demississimè consecramus.

PROBLEMA I. *An Logica cognitio ex se evidens claritate tam formali, quam objectivâ, in se tamen à SERENISSIMO CAROLO JOSEPHO utraq; claritate clarior & evidentior reddi possit?*

PARADOXVM I. *Logica Scientiarum omnium Imperatrix, uni soli SERENISSIMI CAROLI JOSEPHI Scientiæ non imperat, sed ancillatur?*

PROBLEMA II. *An Practica hæc Rationalis Philosophiæ Placita, in uno solùm Gratosissimo SERENISSIMI CAROLI JOSEPHI intuitu purè quiescentia, di-*



ci debeant, & sint merè speculativa?

PARADOXVM II. *Immutabili hac Veritate: AB AV-  
GVSTISSIMÆ AV-  
STRIACÆ DOMVS  
Fidelissimo Obsequio nun-  
quam divelletur DOMVS  
DIETRICHSTANIA: immu-  
tabilior nulla & certior de  
facto datur, aut dari potest  
in Logica.*

A. M. D. G. Bq; V.  
S. M. C. H.





Residua illos in  
Sunt in  
Sunt in



| <i>Pag.</i> | <i>Lin.</i> | <i>Errata.</i> | <i>Corrige</i> |
|-------------|-------------|----------------|----------------|
| 2           | 16          | Sensibus       | sensibus       |
| 16          | 21          | Uude           | Undè           |
| 21          | 16          | Compositum     | compositum     |
| 55          | 16          | deficiciunt    | deficiunt      |
| 131         | 3           | illam          | illum          |
| 150         | 1           | esse           | d.             |
| 166         | 7           | impropropriè   | impropriè      |
| 175         | 10          | indigetantur   | indigitantur   |
| 198         | 3           | cujusvis       | cuivis         |
| 211         | 9           | Acretio        | Accretio       |
| 222         | 21          | immediatuis    | immediatiùs    |
| 234         | 13          | scieentia      | scientia       |
| 245         | 4           | quooad         | quóád          |
| 248         | 5           | Volnntas       | Voluntas       |
| 255         | 22          | appretitatione | appretiatione  |
| 257         | in num.     | 157            | 257            |
| 257         | 12          | vigesimâ       | trigesimâ      |

Reliqua, si quæ fuerint, errata  
 Benevolo Lectori corri-  
 genda permittuntur.



|    |        |    |
|----|--------|----|
| 1  | de ... | 1  |
| 2  | de ... | 2  |
| 3  | de ... | 3  |
| 4  | de ... | 4  |
| 5  | de ... | 5  |
| 6  | de ... | 6  |
| 7  | de ... | 7  |
| 8  | de ... | 8  |
| 9  | de ... | 9  |
| 10 | de ... | 10 |
| 11 | de ... | 11 |
| 12 | de ... | 12 |
| 13 | de ... | 13 |
| 14 | de ... | 14 |
| 15 | de ... | 15 |
| 16 | de ... | 16 |
| 17 | de ... | 17 |
| 18 | de ... | 18 |
| 19 | de ... | 19 |
| 20 | de ... | 20 |
| 21 | de ... | 21 |
| 22 | de ... | 22 |
| 23 | de ... | 23 |
| 24 | de ... | 24 |
| 25 | de ... | 25 |
| 26 | de ... | 26 |
| 27 | de ... | 27 |
| 28 | de ... | 28 |
| 29 | de ... | 29 |
| 30 | de ... | 30 |

Residua si que fuerint erroris  
 Benevole Lectori committimus  
 quod permittimus











